Quomodo etiam, quum vos sitis Ægyptii, inter alterutros prælio magno et sine fodere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, et neque communiter homines, quoniam bestias adversantes naturæ [nostræ] colitis, multa diligentia nutritae? quum genus utique nostrorum unum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptii tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam advenerunt, si legibus a principio constitutis, circa talia permansere? Is autem seditionis causas nobis apponit : qui si cum veritate ob hoc accusat Judeos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis auctores quilibet inveniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse cives. Donec enim Græci fuere et Macedones hanc civitatem habentes, nullam seditionem adversus nos gessere, sed antiquis cessere solemnitatibus. Quum vero multitudo Ægyptiorum cœvisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus pernansit purum. Ipsi igitur molestie hujus fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam, sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Ægyptiorum, et antiquas inimicitias adversum nos exercentibus. E diverso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. Nam quum plurimi eorum non opportune jus ejus civitatis obtineant, peregrinos vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptii neque regum quisquam videtur jus civitatis fuisse largitus, neque nunc quilibet Imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia Imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus : quum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subjectos non cogunt patria jura transcendere; sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes plium atque legitimū est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate et violentia conferuntur. Græcis itaque et aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique et patrum et uxorum filiorumque figuræ depingentes exsultant, quidam vero etiam nibil sibi competentium sumunt imagines. Alii vero et servos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus utilem despiciens, et quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. Aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos et Imperatores et populum Romanum dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia : et non solum quotidianis diebus ex impensa communis omnium Judeorum talia celebramus; verum quum

nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis Imperatoribus hunc honorem praecipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persolvimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit aduersus Apionem pro his quæ de Alexandria dicta sunt.

7. Admiror autem etiam eos, qui ei hujusmodi somitem præbuere, id est, Posidonium et Apollonium Molonis : quoniam accusant quidem nos, quare nos eodem deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componeentes incongruas, non se putant impie agere : quum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitatem pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, « asini caput « collocasse Judeos, et id colere, ac dignum facere tanta religione : et hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes et expoliasset templum, et illud caput « invenisset ex auro compositum multis pecunias dignum. » Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Ægyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, quum non sit deterior asinus furonibus et hircis et aliis, qui sunt apud eos dil. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatuſ de incredibili suo mendacio? Legibus namque semper utimur iisdem : in quibus sine fine consistimus. Et quum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexaverint, et [Antiochus] Theos, ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, et ad novissimum Titus Caesar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil hujusmodi illic invenere ; sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque justam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, quum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic invenit. Multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, et Castor chronographus, et Apollodorus : qui omnes dicunt pecunias indigentem Antiochum transgressum fodera Judeorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, et impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli. Neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis et aspidibus : quando eos, qui ab istis mordentur et a crocodilis rapiuntur, felices et Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes : et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimplent, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus et ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia provenire.

7. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit : de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per tempora transire, quam sacerdotibus scelestis verba confingere. Isti vero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam justa et veracia de nostris et de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari et perfidiam ac sacrilegium ejus tegere, quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, et dixit « Antiochum in templo invenisse lectum et hominem in eo jacenter, et appositam ei mensulam maritimis terrenisque « volatilium dapibus plenam, et quod obstupuissest his « homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri : ac procidentem ad ejus genua, extensa dextera poposcisse libertatem; et a jultente rege ut consideret, et diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa clborum ejus, tunc hominem cum gemitu et lacrimis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum : et dum peragraret provinciam parandi virtus causa, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, et inclusum illic, et a nullo conspici, sed cuncta dapium apparitione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse latitudinem; deinde suspicionem, postea stuporem : postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Judeorum, pro qua nutriebatur ; et hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, et deductum ad quandam silvam occidere quidem eum hominem, ejusque corpus sacrificare secundum suas solemnitates, et gustare ex ejus visceribus, et jusjurandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent : et tunc in quandam foveam reliqua hominis pereuntis abficere. Deinde refert eum dixisse, « paucos jam dies debitos sibimet superesse, atque rogasse, ut reveritus Græcorum deos, et superans in suo sanguine insidiias Judeorum, de malis eum circumstantibus liberaret. » Hujusmodi ergo fabula non tantum omni tragedia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio privat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsero. Non enim præsumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet; sed sic invenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid jussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa recognoscere valde facilissimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime aduersus Ægyptios et plurimos alios. Cujus enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari, ut aduersus solos Græcos renovata conjuratione per effusione sanguinis ageremus : vel quomodo possibile, ut ad

has hostias omnes Judæi colligerentur, et tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, et Græcorum amator eximius, assumere vero contra Judæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, et intransgressibilem ejus purificationis integratatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, et harum singulæ propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur: in secundam vero porticum cuncti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertian masculi Judæorum mundi existentes atque purificati: in quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotalibus: in adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumamiciti. Tanta vero est circa omnia providentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etiam aperto templo oportebat scientes traditas hostias introire: et meridie rursus, dum clauderetur templum. Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thoribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus nulla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemque gestorum. Licet enim sint tribus. quattuor sacerdotum, et

“ τὴν πορείαν ποιουμένων. Τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὅπὸ τοῦ παραδόξου τῆς θεᾶς καταπελγμένους, πόρρω μὲν δηταὶ ήσυχαν ἀγειν· τὸν δὲ Ζάδιον ἐπὶ πολλῆς ἡσυχίᾳς εἰς τὸν ναὸν παρελθεῖν, καὶ τὴν χρυσῆν ἀποστροφαῖς τοῦ κάνθωνος κεφαλήν (οὕτω γὰρ ἀστεῖόμενος γέγραψε), καὶ πάλιν εἰς Δώραν κατεῖ τάχος ἀπελθεῖν. Ἄρ’ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν εἴποιμεν διτὶ τὸν κάνθωνα, τουτέστιν ἕαυτὸν, Ἀπίων ἐπιφορτίζει καὶ ποιεῖ τῆς μωρολογίας ἔμα καὶ τῶν ψευσμάτων καταγόμον; καὶ γὰρ τόπους οὐκέτι δηταὶ γράφει καὶ πόλεις οὐκέτι εἰδὼς μετατίθησιν. Ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαῖα τῆς ἡμετέρας γύρως ἐστὶν δρυόρος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δώρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις: τῆς μέντοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον δρός Δώρα πόλις δύναμεται, μηδὲν ἐπιχοινωνῶσα τοῖς Ἀπίωνος φυλαρχίμασι· τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν δύον τῆς Ἰουδαίας ἀρέστηκεν. Τί δ’ ἡμῶν ἔτι κατηγορεῖ τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἀλλοῖς θεοῖς, εἰ βαθίως οὕτως ἐπείσθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἔχειν τὸν Ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἁστρῶν ἐπὶ τῆς γῆς φύγησαν δρῦν αὐτὸν περιπατοῦντα; λύχνον γὰρ οὐδέποτε δῆλον διτὶ πρόσθεν ἐφόράσιν οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας λυγνοκαταὶ ἐπιτελοῦνται. Ἄλλος οὖδε τις αὐτῷ βαδί-

. harum triabum singulæ habeant hominum plus quam quinque millia, sit tamen observatio particulariter per dies certos: et his transactis, alii succedentes ad sacrificia veniunt: et congregati in templum mediante die a precedentibus claves templi, et ad numerum vasa omnia percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur.

8. Quid ergo Apionem dicimus, nisi, nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit: hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum inestabile, et ciborum opulentissimam claritatem: et pravos ingredientes, ubi nec nobilissimos Judæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentaver.

9. Rursumque tanquam piissimus deridet, adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, « dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat venisse ad Judeos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promisso traditurum se eis Apollinem deum Dorensium: venturumque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, et adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam machinamentum ligneum, et circumposuisse sibi, et in eo tres ordines fluxisse lucernarum, et ita ambulasse, ut

« procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Judæos quidem, inexpectata visione obatupérfactos, quum procul quidem abessent, quiescere: Zabidum vero multa quiete ad templum venisse, et aureum de traxisse cantherii caput (ita enim scripsit, facetus videri volens) et rursus Doram velociter se contulisse. » Igitur et nos dicere possumus quod asinum, hoc est semetipsum, gravat Apion, facitque stultitia simul et mendaciis oneratum. Nam et loca ponit, quæ nusquam terrarum extant, et civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæos quidem regioni nostræ confinius est, sita juxta Gazam, et nulla in ea est urbs Dora: in Phœnicio vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis: quattuor enim dierum itinere distat a Judæa. Cur itaque nos præterea accusat, quod non babeamus communes cum aliis deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, et cum stellis super terram eum ambulanter intueri se putaverunt? scilicet enim manifestum quod lucernam nunquam prius conspicerunt, qui tot et tanta lucernarum accensionis festa celebrarunt. Sed nec aliquis ei per regionem ambulanti e tot myriadibus obviam ivit: quia et muros sine custodibus invenit bello

ζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τεσσάρων μυριάδων ὑπῆντησεν, ἔργηα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων ηὗρε πολέμου συνεστηκότος. Ἐώ τάλλα· τοῦ ναοῦ δὲ αἱ θύραι τὸ μὲν ὄφος ἡσαν ἐπτὰ πτυχῶν, εἰκοσι δὲ τὸ πλάτος, κατάς χρυσοῖ δὲ πᾶσαι καὶ μικρῷ δεῖν σφυρήλατοι· ταύτας ἔκλειον οὐκ ἀλάτους δύτες ἀνδρες διακόσιοι καθορίζοντες ἔκανεν τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν ἡνοιγμένας ἦν ἀθέμιτον. Πρόδιως οὖν αὐτὰς δὲ λυχνοφόρος ἔκεινος ἤνεῳχεν ἀνάνοιξεν οἰόμενος καὶ τὴν τοῦ κάνθωνος, ὡς φέτο, κεφαλὴν ἔχων. Πότερον οὖν αὐτὴν πάλιν ὡς ἡμέρας ἀνέστρεψεν, ἢ λαβῶν Ἀπίων αὐτὴν εἰσεκόμισεν, ἵνα Ἀντίοχος εὕρῃ πρὸς δευτέραν Ἀπίωνι μυθολογίαν;

ι'. Καταψεύδεται δὲ καὶ δρόκον ἡμῶν ὡς ὅμινοντων τὸν Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν θάλασσαν, μηδὲν εὐνοήσειν ἀλλορύλῳ, μάλιστα δὲ Ἐλλησιν. Ἐδει δὲ καταψεύδομενον ἀπαξεῖται, μηδὲντες εὐνοήσειν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Αἰγυπτίοις. Οὕτω γάρ ἂν τοῦ ἔξι ἀρχῆς αὐτοῦ πλάσματαν ἥρμοστε τὰ περὶ τὸν δρόκον, εἶπερ ἡσαν ὑπὸ Αἰγυπτίων τῶν συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ διὰ πονηρίαν, ἀλλ' ἐπὶ συμφοραῖς ἐξελθαμένοι. Τῶν Ἐλλήνων δὲ πλέον τοῖς τόποις ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἀρεστήκαμεν, ὅπεις μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοὺς ἔχθρων μηδὲ ζηλοτυπίαν. Τούναντίον μέντοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν, καὶ τινὲς μὲν ἔμειναν, εἰσὶ δὲ οἱ τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες πάλιν ἀπέστησαν. Καὶ τούτον οὐδεὶς πώποτε τὸν δρόκον εἶπεν ἀκοῦσαι παρ' ἡμῖν ὡμοιομοσμένον, ἀλλὰ μόνος Ἀπίων, οὐκούσεν· αὐτὸς γάρ δισυνθεὶς αὐτὸν ἦν.

ιι'. Σφόδρα τούτων τῆς πολλῆς συνέσεως καὶ ἐπὶ τῷ μελλοντὶ δηθῆσεσθαι θαυμάζειν ἀξίον ἔστιν Ἀπίωνα. Τεκμήριον γάρ εἴναι φησι τοῦ μήτε νόμοις ἡμέρας χρῆσθαι δικαίοις μήτε τὸν Θεὸν εὐσεβείν ὡς προστήκε, τὸ μὴ ἀρχεῖν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεις καὶ ἀλλοτε ἀλλοίς, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, αὐτῶν δηλοντί πολεισις ἡγεμονικωτάτης ἐκ τῶν ἀνωθεν ἀρχειν, ἀλλὰ μὴ Ῥωμαίοις δουλεύειν συνειθισμένων· καίτοι τούτων ἀν τις ἀπόσχοιτο τοιαύτης μεγαλοφυΐας. Τῶν μὲν γάρ ἀλλων οὐκ ἔστιν δοτὶς ἀνθρώπων οὐχ ικανῶν καθορίζειν τὸν λόγον. Ὁλίγοις μὲν γάρ οὐπέρξεν ἐφ' ἡγεμονίας διὰ κατιστίας γενέσθαι, καὶ τούτους αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἀλλοίς δουλεύειν ὑπέζευξαν. Τὸ πλεῖστον δὲ γῆλον ἀλλων ὑπακήκοεν πολλάκις. Αἰγύπτιοι δὲ ἄρα μόνοι διὰ τὸ καταψυγεῖν, ὡς φασὶν, εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τοὺς θεοὺς καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας ηὔροντο τὸ μηδὲν δουλεύειν τῶν τῆς Ἀσίας ἢ τῆς Εὐρώπης κρατησάντων· οἱ μίαν ἡμέραν ἐκ τοῦ παντὸς αἰώνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες φαίνονται, οὐ ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. Ὅντινα μὲν γάρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο Πέρσαι τρόπον οὐχ ἀπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορθοῦντες τὰς πόλεις, ἵερα κατασκάπτοντες, τοὺς παρ' αὐτῶν νομίζομένους θεοὺς κατασφάζοντες, οὐκ ἀν διειδίσαιμι· μηδεὶσθαι γάρ οὐ προσῆκε-

conflate. Cetera præterea: januae autem templi altitudine quidem erant cubitorum vii, latitudine vero xx, omnes etiam deauratae, et fere ex auro solidō; has singulis diebus cladebant viri non minus quam ducenti [viginti], easque apertas relinquere nefas erat. Facile igitur illas lucernifer iste aperuit, aut si aperuisse creditur, etiam cantherii, id quod putabatur, caput habens. Utrum igitur cum hoc capite ad nos reversus est, aut illud quum sumpsisset Apion introduxit, ut Antiochus inveniret quo alteram Apioni fabulam narrandi occasionem suppeditaret?

10. Mentitur autem et de juramento nostro, quod juremus per Deum, et coeli et terrae et maris creatorem, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si Graeci fuerint. Oportebat autem mentientem plane dicere, nemini fauturos alienigenæ, præcipue si fuerint Αἴγυπτοι. Ita enim primis ipsius segmentis congruissent ista de juramento, si a cognatis Αἴγυπτis patres nostri non propter improbitatem, sed ob calamitates expulsi fuissent. A Graecis autem magis locis quam studiis disjuncti sumus, ita ut nullæ inter nos et illos inimicitiae intercedant aut obtrectationes. Verumtamen econtra multos eorum ad nostras leges accessisse contigit: et nonnulli quidem istis institutis adhæserunt, alii vero, in illis perseverare non ferentes, iterum recesserunt. Et hoc iusjurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum; sed solus Apion, ut appareat, audivit: ipse enim ille erat qui id confinxit.

11. Vehementer igitur in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc quod mox dicetur. Nam indicio esse, affirmat, quod neque legibus justis utamur, neque Deum convenienter ejus naturæ colamus, hoc quod non imperemus, sed diversis potius gentibus serviamus, et in ipsa civitate calamitates quasdam perferamus, utique quum ipsi ex urbe primaria a multis retro sacerulis imperare, sed non Romanis servire consueverint; quanquam nemo sere non expertus est horum egregiam magnanimitatem. Nullus etenim aliorum est qui non affirmet, istiusmodi verborum abunde contra se ipsum fecisse Apionem. Paucis etenim contigit in principatu continue præsidere, atque hi rursus aliis facta mutatione servabant. Plurimæ namque gentes aliæ saepè aliis obedire coactæ sunt. Αἴγυπτi autem soli, eo quod se reperirent, sicut aiunt, in ipsorum regionem diti, et salutem consequiti fuerint assumendo bestiarum formas, eximiam gratiam invenerunt ut eorum nemini servirent, qui Asiam Europam tenuere: qui scilicet per unam diem ex omni ævo non habuere libertatem, ne apud indigenas quidem dominos. Nam quemadmodum eis usi sunt Persæ, non semel solummodo, sed frequenter urbes eorum vastantes, sacra evertentes, et quos deos esse credunt interficienes, illis exprobrare non studeo. Haud enim conuenit

τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, δις οὔτε τὰς Ἀθηναίων τύχας οὔτε τὰς Λακεδαιμονίων ἐνενόησεν, ὃν τοὺς μὲν ἀνδρειότάτους, τοὺς δὲ εὐσεβεστάτους τῶν Ἑλλήνων ἀπαντες λέγουσιν. Ἐώ βασιλέας τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαβοηθέντας, ὃν ἔνα Κροίσον, οἰαὶς ἐχρήσατο συμφοραῖς βίου· ἦν τὴν καταπρησθείσαν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν Δελφοῖς, ἄλλους μυρίους, καὶ οὐδεὶς ὡνεῖδισε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δράσασι. Καὶν δὲ κατήγορος ἡμῶν Ἀπίων ηρέθη, τῶν ἴδιων οὗτοῦ περὶ τὴν Αἴγυπτον κακῶν ἐκλαθόμενος. Ἀλλὰ Σέσωστρις αὐτὸν δι μυθεύσμενος Αἴγυπτου βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. Ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἀνείπομεν βασιλέας, Δαυΐδην καὶ Σολομῶνα, πολλὰ χειρωσαμένους ἔνην. Τούτους μὲν οὖν παράλιπομεν τὰ δὲ γνώριμα πατέσιν Ἀπίων ἡγόντεν, διτὶ Περσῶν καὶ μετ' ἔκεινους ἡγουμένων τῆς Ἀσίας Μακεδόνων Αἴγυπτοι μὲν ἐδούλευον ἀνδραπόδων οὐδὲν διαφέροντες, ἡμεῖς δὲ δύτες ἀλεύθεροι προσέτι καὶ τῶν πέριξ πόλεων ἥρχομεν, ἐπειδὸν εἶχοι ποιοῦντας τοῖς ἕκατον, μέχρι Μάγου Πομπέου. Καὶ πάντων ἔκπολεμηθέντων πρὸς Ῥωμαίων τῶν πανταχοῦ βασιλέων, μόνοι διὰ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν.

ιε'. « Ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεσχήκαμεν, « οἷον τεχνῶν τινων εὑρετάς, ή σοφία διαφέροντας. » Καὶ καταριθμεῖ Σωκράτην καὶ Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην καὶ τοιούτους τινάς ἔτι τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἔσυτὸν προστίθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διτὶ τοιοῦτον ἔχει πολιτην. Ἐδει γάρ αὐτῷ μάρτυρος ἔστοι. Τοῖς μὲν γάρ ἀλλοις διπατινοῖς ὀχλαγωγοῖς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος, ὅστε εἰκότας ἀλεῖσαι τις ἀν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἰπερ ἐπὶ τούτῳ μέγας ἐφρόνει. Περὶ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγονότων, οὐδὲνδὲ ἔττον ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, Ιερεῖς οἱ τοῖς ἡμετέραις ἀρχαιολογίαις σα έντυγχάνοντες.

ιγ'. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων ἀξίων ἡνὶ ιερῶς ἀναπολόγητα παραλιπεῖν, ἵνα αὐτὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἀλλων Αἴγυπτίων ἢ δι κατηγορῶν. Ἐγκαλεῖ γάρ διτὶ ζῆται θύμομεν, καὶ ζήτορον οὐκ ἐσθίομεν, καὶ τὴν τῶν αἰδοίων χλευδίζει περίτομήν. Τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἡμέρων ζώνων ἀνατίσεως κοινὸν ἔστι καὶ πρὸς τοὺς ἀλλοις ἀνθρώπους ἀπαντᾶς, Ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκαλῶν, αὐτὸν ἐξῆλεγχεν δῆτα τὸ γένος Αἴγυπτουν οὐ γάρ ἀν Ἑλληνῶν ήτι Μακεδόνων ἐγαλέπαινεν. Οὕτοι 45 γάρ εὐχόνται θύειν ἐκατόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ χρῶνται τοῖς ιερεῖσι πρὸς εὐωχίαν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο συμβέβηκεν ἐρημοῦσθαι τὸν κόσμον τῶν βοσκημάτων, διπερ Ἀπίων ἐδείσεν. Εἰ μέντοι τοῖς Αἴγυπτίων ἔθεσιν ἡκολούθουν ἀπαντες, ἥρημωτο μὲν ἀν δι κόσμος τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἀγριωτάτων δὲ θηρῶν ἐπιληθύθη, θεοὺς οὖτοι νομίζοντες ἐπιμελῶς ἐκτρέφουσι. Καὶ μὴν εἰ τις αὐτὸν ἥρετο, τῶν πάντων Αἴγυπτίων τίνας εἶναι καὶ σοφωτάτους καὶ θεοσεβεῖς νομίζει, πάντας ἀν ὑμολόγησε τοὺς ιερεῖς. Δύο γάρ αὐτούς φασιν οὐδὲ τῶν βασιλέων ἐπ' ἀρχῆς ταῦτα προ-

ut nos indoctam Apionis stultitiam imitemur, qui neque de caibus Atheniensium neque Lacedæmoniorum cogitavit; quorum hoc quidem fortissimos, illos vero Græcorum religiosissimos esse omnes affirmant. Taceo reges ob pietatem omnium sermones celebratos, interque eos Cresum, in quas vitæ calamitates incidentur: taceo incensam Atheniensium arcem, templum Ephesianum et Delphicum, aliaque multa, ac nemo calamitatem passis, sed inferentibus casus exprobavit. Novus autem nostrorum accusator inventus est Apion, malorum suorum, quæ in Ægypto ei acciderant, prorsus oblitus. Sed Sesostris illum excæcavit, Ægypti rex, cujus res fabulæ sunt aspersæ. Non est autem ut reges nostros nos memoremus, Davidem et Solomonem, qui multas subegerint gentes. Et hos quidem missos faciamus: haec vero cunctis nota ignoravit Apion, quod Persis, et post illos Asie dominantibus Macedonibus Ægyptii servierunt, a mancipiis nihil differentes, nos autem liberi existentes etiam civitatum fuiti parum dominatum et principatum tenuimus, annis centum et viginti usque ad Pompeium Magnum. Et quam omnes a Romanis rerum ubique dominis expugnati fuissent, soli majores nostri propter fidem suam socii et amici conservati sunt.

12. « Sed viros admirabiles non tulimus, veluti artium « quarundam inventores, aut sapientia præcellentes. » Atque enumerat Socratem, et Zenonem, et Cleanthen, aliosque hujusmodi: deinde, quod ex dictis maxime mirandum, semetipsum adjicit, et Alexandriam beatam prædicat, quæ civem habuerit tali ingenio præditum. Oportebat enim ipsum de se testimonium dare. Nam ceteris quidem circulator esse videbatur improbus, et vita et sermone pravus: adeo ut merito quis Alexandriam miseretur, si super isto sese effaserat. De viris autem qui fuere apud nos, non minus quam alii quicunque laude digni, probe sciunt qui in nostris versati sunt originum libris.

13. Reliqua autem eorum quæ complectiuntur accusatio, mereantur forsitan ut præterea lanquam responso indigna, ita ut ipse sui et reliquorum Ægyptiorum accusator habeat. Nam vitio nobis veritatis quod animalia pro victimis mactemus, et non vescamur carne suilla; et pudendorum circumcisionem irridet. Sane quod attinet ad mansuetorum animalium mactationem, id nobis cum ceteris hominibus universis commune est: Apion autem, nos sacra facientes redarguens, indicat semetipsum generi esse Ægyptium: non enim, si Græcus fuisset aut Makedo, hoc ægrot tulisset. Iste enim vovent Hecatombas diis sacrificare, et victimas epulis apponunt. Et non idcirco contigit mundum in penuria esse pecorum, quod veritus est Apion. Verumtamen si Ægyptiorum moribus omnes semet addicerent, mundus destitutus quidem esset hominibus, ferociissimis autem bestiis abundaret, quas pro diis isti habentes cum cura studioque nutrunt. Quodsi quis eum interrogaret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientissimos et maxime religiosos, illos procul dubio sacerdotes esse agnoscet.

τετάχθαι, τήν τε τῶν θεῶν θεραπείαν καὶ τῆς σοφίας τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐκεῖνοι τόνυσι ἀπαντεῖς καὶ περιτέμνονται καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἀλλων Αἰγυπτίων οὐδὲ εἰς συνθύει τοῖς θεοῖς. Ἄρ' οὐν τυφλὸς ἦν τὸν νοῦν Ἀπίλων ὑπέρ Αἰγυπτίων ἡμῶν λοιδορεῖν συνθέμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορών, οὐ γε μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορούμενοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλλους ἀδίδακτον περιτέμνεσθαι, καθάπερ εἰρήκεν Ἡρόδοτος; "Οθεν εἰκότας μοι δοκεῖ τῆς εἰς τοὺς ιν πατρίους αὐτοῦ νόμους βλασφημίας δοῦναι δίκην Ἀπίλων τὴν πρέπουσαν. Περιτεμήθη γάρ εἴς ἀνάγκης, ἐκάκωσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης, καὶ μηδὲν ὥφεληθεῖς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς δδύναις ἀπέθανεν. Δεῖ γάρ τοὺς εὖ φρονοῦντας τοῖς μὲν οἰκείοις νόμοις περὶ τὴν εὑσένειαν ἀκριβῶς ἐμμένειν, τοὺς δὲ τῶν ἀλλων μὴ λοιδορεῖν. Οὐ δὲ τούτους μὲν ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ κατεψεύσατο. Τοῦτο μὲν Ἀπίλων τοῦ βίου τὸ τέλος ἐγένετο, καὶ τούτῳ παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔστω τοῦ λόγου.

20 ιδ. Ἐπει δὲ καὶ Ἀπολλώνιος δὲ Μόλων καὶ Δυσίμαχος καὶ τινες ἄλλοι τὸ μὲν ὑπὸ ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περὶ τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωϋσέως καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηται λόγους οὔτε δικαιους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γότα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες, τὸν μόνους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ οὐδεμίᾳς ἀρετῆς φάσκοντες εἶναι διδασκάλους, βούλομαι συντόμως καὶ περὶ τῆς δλῆς ἡμῶν καταστάσεως τοῦ πολιτεύματος καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος, ὡς ἂν ὁ δυνατός, εἰπεῖν. Οἶμαι γάρ ἵσεσθαι φανερὸν δτι καὶ πρὸς εὑσένειαν καὶ πρὸς κοινωνίαν τὴν μετ' ἀλλήλων καὶ πρὸς τὴν καθολοῦ φιλανθρωπίαν, ἕτερι δὲ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν ἐν τοῖς πόνοις καρτερίαν καὶ θανάτου περιφρόνησιν δριστὰ κειμένους ἔχομεν τοὺς νόμους. Παραχαλῶ δὲ τὸν ἐντεξιμένους τῇ γραφῇ μὴ μετὰ τὸ φθόνου ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν. Οὐ γάρ ἐγκώμιον ἡμῶν αὐτῶν προειλόμην συγγράφειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ φευδῆ κατηγορημένοις ἡμῖν ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω, τὴν ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' οὓς ζῶντες διατελοῦμεν· ἀλλως τε καὶ τὴν κατηγορίαν δ' Ἀπολλώνιος οὐκ ἀθρόων ὀστεπερ δ' Ἀπίλων ἔταξεν, ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς. Ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μιστινθρόπους λοιδορεῖ, ποτὲ δὲ αὖ δειλίαν ἡμῖν διενδίζει, καὶ τούμπαλιν ἔστιν δπου τόλμαν κατηγορεῖ καὶ ἀπόνοιαν. Λέγει δὲ καὶ ἀφεστάτους εἶναι τῶν βαρδάρων, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον εὑρῆμα συμβεδῆσθαι μόνους. Ταῦτα δὲ πάντα διελεγχθήσεσθαι νομίζω στρῶς, εἰ τάνατία τῶν εἰρημένων φανεῖη διὰ τῶν νόμων ἡμῖν προστεταγμένα καὶ πραττόμενα μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑφ' ἡμῶν. Εἰ δ' ἄρα βιασθείην το μηνισθῆσαι τῶν παρ' ἔτεροι ἐπενατέλων νενομισμένων, τούτου δίκαιοι τὴν αἰτίαν ἔχειν εἰσὶν οἱ τὰ παρ' ἡμῖν ὡς χείρω παραβάλλειν εξιοῦντες. Οἵ οὐδέτερον ἀπολειφθήσεσθαι νομίζω λέγειν, οὐθ' ὡς οὐχὶ τούτους ἔχομεν τοὺς νόμους, ὃν ἐγὼ παραθήσομαι τοὺς κεφαλαιῶ-

Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio a regibus esse præcepta, ut deos colant et sapientiam diligent. Illi igitur et circumcidunt ormes, et a porcinis abstinent carnibus. Sed neque ullus alius Αἴγυπτiorum cum eis sacra diis facere dignoscitur. Mentem igitur occæstam habuit Apion, qui Αἴγυπτiorum gratia nos data opera conviciis insectatur, illosque accusat, qui non solum utuntur iisdem, quos in nobis reprehendit, moribus, sed etiam alios circumcidunt docuerunt, sicut dixit Herodotus. Unde iure mihi videtur Apion ob maledicta in patriæ sua leges penas dedisse quas commeruit. Nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda: et quum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus expiravit. Oportet enim bene ac sapienter institutos legibus propriis circa pietatem adhaerere, ceterorum vero leges minimas carpere. At iste suas quidem deseruit, de nostris vero mentitus est. Alque ita quidem vitam finivit Apion, et hic etiam de eo nobis finem dicendi facere par sit.

14. Quoniam vero et Apollonius Molonis et Lysimachus et alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam de legislatore nostro Moysi et legibus ejus verba fecerunt nec justa nec vera, hunc quidem ut præstigiatores et deceptores calumniantes, leges autem malitiae apud nos, nulliusque virtutis magistras esse affirmantes, volo breviter et de omni re publicæ nostræ constitutione, et de qualibet re singillatim, sicuti potero, sermonem proferre. Puto enim evidens fore, quod et ad pietatem et societatem inter homines servandam, et ad omnia humanitatis officia tuenda, prætereaque ad justitiam, et tolerantiam laborum, mortisque contemptum, optime factas habeamus leges. Rogo tamen eos qui in hanc scriptiōnem incident, ut non cum invidia lectionem adhibeant. Non enim proposui nosmetipsos laudibus prosequi; sed defensionem esse justissimam puto, ductam a legibus juxta quas adhuc vivimus, adversus eos, qui multa nobis eaque falsa objecerunt: presertim quum Apollonius accusationem non continue sicut Apion instituit, sed sparsim et hinc inde per totam orationem. Quippe qui aliquando quidem nobis tanquam atheis et hominum osoribus conviciatur, aliquando vero iterum formidinem nobis exprobrat: et e diverso rursus aliquando temerariæ audaciæ et amentiæ nos insimulat. Quin et nos e barbaris maxime omnium ineptos esse dicit: et propterea nos solos nihil ad vite emolumentum utile contulisse. Hece autem omnia manifeste redargui posse existimo, si universa contra quam ab eo sunt dicta appareant et legibus imperata, et a nobis accurate admodum observata. Si vero coactus fueri mentionem facere legum contrariarum apud alios constitutarum, ob hoc merito culpandi sunt quibus in animo est nostra ut pejora cum iis conferre quæ apud alios sunt. Quibus neutrum puto relictum fore quod dicant, neque quod non eas habeamus le-

δεστάτους, οὐδ' ὡς οὐχὶ μάλιστα πάντων ἐμμένομεν τοῖς ἔαυτῶν νόμοις.

ιε'. Μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν τὸν λόγον τοῦτ' ἀν εἰποιμ πρῶτον, διὰ τῶν ἀνόμων καὶ ἀτάκτως βιούντων οἱ τέκεις καὶ νόμον κοινωνίας ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι καὶ πρῶτοι κατάρκαντες εἰκότως ἢ μερότητι καὶ φύσεως ἀρετῆ διενεγκεῖν μαρτυρθεῖεν. Ἀμέλει πειρῶνται τὰ παρ' ἔαυτοῖς ἔκαστοι πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμεῖσθαι δᾶξωσιν ἔτέρους, ἀλλ' αὐτὸν 10 τοῦ ζῆν νομίμως ἀλλοις ὑφηγήσασθαι. Τούτων δὲ τοῦτον ἔγοντων τὸν τρόπον ἀρετὴ μὲν ἐστὶ νομοθέτου τὰ βέλτιστα συνιδεῖν καὶ πεῖσαι τοὺς χρησούμενους περὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τιθέμενων, πλήθους δὲ τὸ πᾶσι τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ μήτε εὐτυχίας μήτε συμφορᾶς 15 τούτων μηδὲν μεταβάλλειν. Φθημὶ τοίνους τὸν ἡμέτερον νομοθέτην τῶν δουομένων μηνημονευομένων νομοθέτων προάγειν ἀρχαιότητι. Λυκοῦργοι γάρ καὶ Σάλωνες καὶ Ζάλευκος δὲ τῶν Αοκρῶν καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι παρὰ τοῖς Ἐλλησιν ἔχθες δὴ καὶ πρώην ὡς 20 πρὸς ἔκεινον παραβάλλομενοι φρίνονται γεγονότες, διου γε μηδὲ αὐτὸ τούνομα πάλαι ἔγιναν σχετεῖτο τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἐλλησι· καὶ μάρτυς Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ γρηγάμενος. Οὐδὲ γάρ ἡν κατὰ τούτων, ἀλλὰ γνώμαις ἀρίστοις τὰ πλήθυν διώκειτο καὶ 25 προστάγμασι τῶν βασιλέων. Ἄφ' οὖν καὶ μέχρι πολλῶν διέμειναν ἔθεσιν ἀγράφους χρώμενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ πρὸς τὸ συντυγχάνον μετατιθέντες. Οἱ δὲ ἡμέτεροι νομοθέτης, ἀρχαιότατος γεγονώς (τοῦτο γάρ δηπούθεν δομολογεῖται καὶ παρὰ τοῖς πάντας καθ' ἡμῶν 30 λέγουσιν), ἔαυτόν τε περέσχεν δρίστον τοῖς πλήθεσιν ἥγεμόν τοις σύμβουλον, τὴν τε κατασκευὴν αὐτοῖς ὅλην τοῦ βίου τῷ νόμῳ παραλαβὼν ἔπεισε παραδέξασθαι καὶ βεβαιοτάτην ἔσται φιλαχθῆναι πρεστεύ- 35 αστεν.

36 ιε'. Ἡδωμεν δὲ τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ πρῶτον μεγαλεῖον. Ἐκεῖνος γάρ τοὺς προγόνους ἡμῶν, ἐπεὶ πέρ ἔδοξεν αὐτοῖς τὴν Αἴγυπτον ἐκλιποῦσιν ἐπὶ τὴν πάτεριν γῆν ἐπανιέναι, πολλὰς τὰς μυριάδας παραλαβὼν ἐκ πολλῶν καὶ ἀμυχάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν· καὶ γάρ 40 τὴν ἀνυδρὸν αὐτοὺς καὶ πολλὴν φάμμον ἔδει διοδοπορῆσαι, καὶ νικῆσαι πολέμους, καὶ τέκνα καὶ γυναικας καὶ λείαν δροῦσι σώζειν μαχομένους. Ἐν οἷς ἀπασι καὶ στρατηγὸς ἀριστος ἐγένετο καὶ σύμβουλος συνετώτατος καὶ πάντων κηδεμῶν ἀληθέστατος. Ἀπαν δὲ τὸ πλῆθος εἰς ἔαυτὸν ἀνηρτῆσθαι παρεσκεύασε, καὶ περὶ παντὸς ἔχων πεισθέντας αὐτοὺς τοῦ κελευθέντος, εἰς οὐδεμίᾳν οἰκείαν ἐλαβε τεῦτα πλεονεξίαν. Ἐν δὲ μάλιστα τῷ κατερῷ δυνάμεις μὲν αὐτοῖς περιβάλλονται καὶ τυραννίδας οἱ προεστηκότες, ἐθίζουσι δὲ τὰ πλήθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας ζῆν, ἐν τούτῳ τῇς ἔξουσίας ἐκεῖνος καθεστηκὼς τούναντίον ὡρίθη δεῖν εὐσεβεῖν, καὶ πολλὴν εὔνοιαν τοῖς λαοῖς ἐμπαρασχεῖν· οὕτως αὐτὸς τε τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείξει τὴν αὐτοῦ νομίζων καὶ σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἥγεμόν τοις οὐδεμένοις βεβαιοτάτην

ges, quarum ego sum mas in medium proferam; neque quod non maxime omnium in legibus propriis perseveremus.

15. Paulo ergo altius exorsus volo primum dicere quod ii qui ordinis et communium legum primi amatores extiterunt, eis qui sine lege et ordine vivunt, mansuetudine et bonitate naturae non immerito præstantiores habeantur. Hinc fit quod singuli legum latores summam sui vetustatem tribui affectant, ut non imitatores aliorum videantur, sed ipsi potius alii legitime vivendi duces extituisse. Iстis hunc in modum se habentibus, virtus quidem legislatoris est, quæ optima sunt perspicere, et de constitutis in bonam opinionem adducere eos qui illis usuri sunt: populi vero, ut maneant in omnibus quæ scita et jussa fuerint; et neque ex felicitate, neque ex calamitatibus horum aliquid immutare. Dico igitur nostrum legislatorem quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim, et Solon, et Zaleucus Locrensis, et omnes qui in admiratione sunt apud Graecos, non ita pridem extitisse videntur, si illi conferantur: quando ne ipsum quidem legis nomen olim apud Graecos cognoscatur; quod et testatur Homerus, qui nusquam in poesi sua isto est usus. Nihil quippe hujusmodi erat ipsius tempore, sed sententiis non definitis, et regum jussis populi regebantur. Unde etiam longo tempore permanere consuetudinibus non scriptis utentes, multaque illarum semper, prout res cediderit, subinde mutantes. Noster vero legislator, qui et antiquissimus (hoc etenim in confessu est etiam apud universos, qui omnia contra nos loquuntur), et semetipsum populo exhibuit ducem consultoremque præstantissimum; et totam vitæ rationem lege complexus, eis suasit hanc libenter excipere, secutus ut diligentissime observaretur a scientibus prudentibus.

16. Primum autem videamus quod inter opera ejus magnificum est. Ille enim progenitorum nostrorum, postquam eis visum est Aegypto relicta ad terram patriam revertere, quum multa millia assumpsisset, illos ex multis difficultatibus ad incolumitatem perduxit: nam et inaquosam eos et valde arenosam oportebat viam transire, et bella proligare, et liberos ac uxores cum preda inter pugnandum servare. In quibus omnibus et ducem egregium et consiliarium sapientissimum se præstít, et omnium curatorem verissimum. Fecit autem ut omnis ab ipso penderet multitudo, et quum omnia qua vellet iis persuadere posset, in nullo horum vindicavit sibi potestatem. Sed in quo maxime tempore potentiam quidem sibi comparant et tyrannidem occupant qui aliis præsunt, populum vero licenter admodum vivere assuefiunt, in hac ille potestate constitutus, e contrario ipsum oportere pie vivere censuit, multumque benevolentiae populo præstare: ita se et ipsum maxime virtutem suam ostensurum esse existimans, et salutem certissimam illis daturum qui ipsum sibi potest.

παρέξειν. Καλῆς οὖν αὐτῷ προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων ἐπιτυγχανομένων εἰκότως ἐνομίζουμεν ὅγεμόνα τε καὶ σύμβουλον θείον ἔχειν καὶ πείσας πρότερον ἐαυτὸν δτι κατὰ τὴν ἔκεινου βούλησιν ἀπάντα πράττει δ καὶ διανοεῖται, ταύτην ὥστο δεῖ πρὸ παντὸς ἐμποῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοις πλήθεσιν. Οἱ γάρ πιστεύσαντες ἐπισκοπεῖν Θεὸν τοὺς ἔκεινους βίους οὐδὲν ἀνέχονται ἔξαμαρτεῖν. Τοιοῦτος μὲν δῆ τις αὐτὸς ἡμῶν δ νομοθέτης, οὐ γόνος, οὐδὲ ἀπάτεων, ἀλλερ λοιδοροῦντες λέγουσιν ιο ἄδικος, ἀλλ' οἶον παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν αὐχοῦσι τὸν Μίνω γεγονέναι καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους νομοθέτας. Οἱ μὲν γάρ αὐτῶν τοὺς νόμους \*\* ἐποτίθενται, δ δέ γε Μίνως ἐλεγεν δτι εἰς τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸ Δελφικὸν αὐτῷ μαντείον τάς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερεν, ητο τὰς διηγές οὐτως ἔχειν νομίζοντες ή πείσειν ῥῷον ὑπολαμβάνοντες. Τίς δ' ἦν δ μάλιστα κατορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τίς δ δικαιότατα περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ πίστεως ἐπιτυχών, πάρεστιν ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων ἀντιπαραβάλλοντας· ηδη γάρ περὶ τούτων λεχτέον. Οὐκοῦν αὐτεπειροὶ μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν ἔθων καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἀπασιν ἀνθρώποις διαφορά· οἱ μὲν γάρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς διλίγων δυναστείαις, ἀλλοὶ δὲ τοῖς πληγεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἔξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. 'Ο δ' ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων οὐδοτοιοῦν αἱ ἀπειδεῖν, οἵ δ' αἱ τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, θεοχρατίαν ἀπέδειξε τὸ πολιτευμα, Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεῖς, καὶ πείσας εἰς ἔκεινον ἀπάντας ἀφορᾶν δις αἰτιον μὲν ἀπάντων δυτα τῶν ἀγαθῶν, δ κοινῇ τε πέσιν ἀνθρώποις ίδιᾳ τε ἐκάστοις ὑπάρχει, καὶ δισαν ἔτυχον αὐτοὶ δεήθεντες ἐν ἀμηχάνοις· λαθεῖν δὲ τὴν ἔκεινον γνώμων οὐκ ἐνὸν οὔτε τι τῶν πραττομένων οὐδὲν οὐδὲν ἀν τις παρ' αὐτῷ διανοηθείν. Ἀλλ' αὐτὸν ἀπέφηνε καὶ ἀγένητον καὶ πρὸς τὸν ἄιδιον χρόνον ἀναλλοιώτων, πάστος ίδεας θυητῆς κάλλει διαφέροντα, σε καὶ δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώριμον, διτοῖς δὲ κατ' οὐσίαν ἔστιν ἀγνωστον. Ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἑλλησιν δτι μὲν ἐδιάθηκαν, ἔκεινον τάς ἀρχὰς παρασχόντος, ἐν νῦν λέγειν δτι δ' ἔστι καλλ καὶ πρόποντα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι σφόδρα μεμαρτυρήσασι. Καὶ γάρ Πυθαγόρας καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων καὶ οἱ μετ' ἔκεινος ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπαντεῖσθαι τοῖς φιλονονταί περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως πεφρονήκοτες. Ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς διλίγους φιλοσοφοῦντες εἰς πλήθη δοξῶν προκατειλημένα τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἔξενεγκεῖν οὐκ ἐτολμοῦσαν, δ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, δτε δὲ τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμφωνα, οὐ μόνον τοὺς καθ' αὐτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς δὲ ἔκεινων δεῖ γενησομένοις τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ πίστιν ἐνέψυσεν ἀμετακίνητον. Αἴτιον δ' δτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρῆσιμον πάντων δεῖ πολὺ διήνεγκεν οὐ γάρ μέρος τῆς ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ ταύτης τὰ μέρη ταῦλα συνεῖδε καὶ κατέστησε λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σωρθροσύνην, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλ-

ficerunt. Itaque cum bonum ei propositum fuerit, et magnas res gesserit, jure censebamus eum ducem atque consiliarium Deum habere : et quum sibi met prius persuasisset quod secundum illius voluntatem omnia ageret atque mente agitaret, credit modis omnibus oportere ut etiam populus in ejusmodi opinionem adduceretur. Nam qui Deum suam vitam respicere credunt, nulla in re peccare sustinent. Hujusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non impostor, sicut conviciatores injuste pronunciant; sed qualem apud Graecos gloriantur fuisse Minos, et post eum legislatores alios. Namque quidam eorum leges *positas a Deo dicebant* : Minos vero ad Apollinem et Delphicum ejus oraculum legum vaticinia referebat, sive hoc verum esse credentes, sive hoc facile aliis persuasuros esse existimantes. Qui vero maxime perfectissimam legum rationem institerit, et justissimam de Deo persuasionem habuerit, ex mutua legum ipsarum contentionē quivis intelligat : jam enim tempus est ut ad eas veniamus. Enimvero infinita quidem, si singula expendantur, morum atque legum toto passim hominum genere discriminas sunt. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique populo summam reipublicas potestatem commiserunt. At legislator noster, lisice neglectis omnibus, Theocraticam (licet enim hac voce tametsi paullo duriore ut) reipublicas formam instituit : atque ita summo principatu Dei numini attributo, id egit maxime ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo qui et omnium bonorum, seu quae universe bonorum generi eveniunt, seu quae privatum singuli, difficultioribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor et causa sit : adeo ut ejus cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit. Eum præterea quum ortu carere, tum nullam tota aeternitate mutationem subire, omnis quoque mortalis formas dignitatem pulchritudine superare, postremo ut sua nobis potestate notum, sic natura et essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane Graecorum sapientissimos hujus de Deo sententiæ magistrum illum ac ducem habuiisse : quam præclara vero illa quamque Dei cum natura ac majestate conjuncta foret, gravissime testatum ipsi quoque reliquerunt. Pythagoras enim, et Anaxagoras, et Plato, quique Platonem exceptere Stoici philosophi, ac ceteri prope omnes, in hujus de natura divina sententiæ communionem societatemque venerunt. At enimvero, quum isti ferre non nisi cum paucis philosopharentur, et dogmatis hujus veritatem in vulgo aliis jam opinionibus occupatum efferre metuerent : tum noster hic legislator, qui suarum ad legum aquitatem operum consensionem adjungeret, non eos modo qui sua aetate viverent, in eam secutū mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus firmam hanc atque constantem de divino nomine fidem insevit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe quam ceteri majorem assequitus, eo maxime factum est, quod non religionem virtutis partem aliquam fecerit, sed religionis potius alias partes esse quasdam et viderit et vero statuerit : justitiam dico, patientiam, temperantiam, ac mutuam civium inter se rebus in omnibus

ληλους ἐν ἀπασι συμφωνίαν. Ἀπασαι γάρ αἱ πράξεις καὶ διατριβαι καὶ λόγοι πάντες ἐπὶ τὴν πρὸς τὸ Θεὸν ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν· οὐδὲν γάρ τούτων ἀνέκειτον οὐδὲ ἀόριστον παρέλιπε. Δύο μὲν γάρ εἰσιν ἀπάσης παιδείας τρόποι καὶ τῆς περὶ τὰ ἔθη κατεπιεῦσ, ὃν δὲ μὲν λόγων διδασκαλίας, ἔτερος δὲ δὲ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἔθων. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθετοῦσιν γνώματις διέστησαν, καὶ τὸν ἔτερον αὐτῶν, διὰ τὸ δέξαντος ἔκαστοι ἐλόμενοι, τὸν ἀλλον παρέλιπον, οὗν

<sup>20</sup> Λακεδαιμονίοις μὲν καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπιτίθεντον, οὐ λόγοις, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες Ἑλλήνες, δὲ μὲν γρὴ πράττειν ἢ μὴ, προσέτασσον διὰ τῶν νόμων, τοῦ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἔθεσιν ἀλιγάργεσσαν.

<sup>25</sup> ιζ'. Ο δὲ ἡμέτερος νομοθετῆς ἀμφοι ταῦτα συνήργωσε κατὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν· οὔτε γάρ κωφὴν ἀπέλιπε τὴν τῶν ἔθων ἀσκήσιν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ λόγου νόμου ἀπράκτον εἶσεν, ἀλλ' εἰδὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆμενος τροφῆς καὶ τῆς κατὰ τὸ οἰκεῖον ἔκαστων διαιτῆς, οὐδὲν οὔτε τῶν βραχυτάτων αὐτεξόσιον ἐπὶ ταῖς βουλήσεσι τῶν χρησμένων κατεῖπεν, ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων, δσων ἀπέχεσθαι χρὴ καὶ τίνα προσφέρεσθαι, καὶ περὶ τῶν κοινωνησόντων τῆς διαιτῆς, ἔργων τε εὐτονίας περὶ τὰς τέχνας καὶ τοῦμπαλιν ἀναπαύσεως δρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον, ἵνα διπερ ἀπὸ πατρὶ τούτῳ καὶ δεσπότῃ ζῶντες μήτε βουλόμενοι μηδὲν μήδεν πέπονται ἀμαρτάνωμεν. Οὐδὲν γάρ τὴν ἀπ' ἀγνοίας ὑποτίμησιν ἡνέσχετο καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ καλλίστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξε παιδευμάτων τὸν νόμον, οὐδὲν εἰσάπαται ἀκροασαμένους οὐδὲ δἰς ἢ πολλάκις, ἀλλ' ἔκαστης ἔδομαδός τῶν ἀλλων ἔργων ἀρεμένους ἐπὶ τὴν ἀκρόστιν τοῦ νόμου ἐκέλευσε συλλέγεσθαι, καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμαθάνειν δὲ δὴ πάντες οἱ νομοούσταις εἰσίκαστοι παραλιπεῖν.

<sup>30</sup> ιη'. Καὶ τοσούτον οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους ζῆν νόμους, ὥστε σχεδὸν αὐτοὺς οὐδὲ ἴσσουν, ἀλλ' θταν ἔξαμάρτωσι, τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν δτι τὸν νόμον παραβεβήκασιν. Οἱ τε τὰς μεγίστας καὶ κυρωτατας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικοῦντες διοικοῦνται τὴν ἄγνοιαν ἐπιστάτας γάρ παρακαθίστανται τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχυούμενους. 'Ημῶν δ' δυτινοῦν εἴ τις ἔροιτο τοὺς νόμους, ῥῶν ἀνείποι πάντα ἢ τοῦνομα τὸ ξαυτοῦ. Τοιγχροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμαθάνοντες ἔχουμεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὕσπερ ἔγκεχαραγμένους. Καὶ σπάνιος μὲν δ παραβαίνων, ἀδύνατος δὲ τῆς κολάσεως παρατησίς.

<sup>35</sup> ιθ'. Τοῦτο πρῶτον ἀπάντων τὴν θαυμαστὴν δυόσησαν ἡμῖν ἐμπειρούηκεν. Τὸ γάρ μιαν μὲν ἔχειν καὶ ἡν αὐτὴν δέξαν περὶ τὸν Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι ηδὲν ἄλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἔθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἀποτελεῖ. Παρ' ἡμῖν γάρ μόνοις τε περὶ τοῦ Θεοῦ λόγους ἀκούσεται τις ἄλλῆλοις

conjunctionem. Quippe quod actionum, studiorum ac servitorum omnium rationes ex una divini numinis religione suspensas habere nos oporteat: quum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumque reliquerit. Nam quum duas omnino sint cuiusvis discipline, ac morum instituendorum viæ, quarum altera præceptis, altera conformatioe vita continetur: ceteri quidem legislatores, dissidentium opinionum varietate distracti, atque alteram utram suo quisque sensu viam sequuti, alteram omisere. Ita igitur Lacedæmonii simul et Cretenses moribus ipsis docebant, non præceptis: Athenienses autem Graeci que propemodum universi, quid agendum esset, quidve fugiendum, legibus edicabant, suos tamen ad utrumque rebus ipsis consuefacere negligebant.

<sup>17</sup> At legislator hic postea præcipuo quodam studio ambo ista conjunxit: dum neque mutam vitæ morumque conformatioem reliquit, neque legis præcepta operum societate carere permisit; sed, jam inde ab ipsomet alimenti genere, et domesticæ singulorum virtus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum qui illis uterentur potestatis et arbitrii facere voluit: ito quibus abstinentiam cibis, quibus item vesci liceat, quinam in virtus communionem ac societatem vocandi, quam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oportet, certis quasi legis finibus regulisque descripsit: uti sub ejus tanquam parentis cuiusdam aut dominæ imperio nutuque viventes, nihil omnino vel malitia vel ignoratione peccememus. Ita ne ignorationem illam, velut aliquam deprecandæ pœnas speciei, relinquaret, longe pulcherrimum nobis maximeque necessarium disciplinae genus legem ipsam esse voluit: nec satis id futurum putavit, ut semel, iterum aut saepius eam audiret, nisi hebdomadis quoque singulis ab alio quolibet opere feriatos omnes ad illam dum recitaret audiendam, animoque penitus informandas, convenire juberet. Id quod ab reliquis omnibus legumlatoribus prætermissum videmus.

<sup>18</sup> Ac tantum plerique mortalium a vita suarum ex legum præceptis instituenda absunt, ut in summa sere illarum ignoratione versentur, atque ubi peccaverint, eas tum demum abs se violatas, ex aliis intelligent. Quam ignorantiam summi quoque et principes eorum magistratus consententur, dum eos rerum administrationi præesse potissimum ac sibi assidere volunt, qui præcipuum quandam legum peritiam præ se ferant. At ex nostris, quemcunque de legum nostrarum capitibus interrogatos, universas facultis quam suum ipse women edisseret. Proinde eas jam usque ab ea qua primum aliquid sentire cœpimus aetate, haustas, mentibus deinceps inustas quodammodo impressasque tenemus. Ac rari admodum sunt qui eas violent; qui autem violarit, nulla prouersus ei deprecandæ pœnas ratio superest.

<sup>19</sup> Atque hic admirabilis inter nos animorum consensionis sonus est præcipuus. Nam et idem omnes de Deo sentire, et nullo vitæ morumque dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac jucundissimam hominibus animorum studiorumque conjunctionem asserre solet. Enimvero soli omnino sumus, apud quos neque discrepantes unquam de-

νπεναντίους, δποῖα πολλὰ παρ' ἑτέροις (οὐδὲν τὸν τῶν τυχόντων μόνον κατὰ τὸ προσπεσὸν ἐκάστῳ λέγεται πάθος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τισι τοῖν φιλοσόφων αὐτῶν τετολμηταῖ, τῶν μὲν τὴν δῆλην τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀναιρεῖν δ τοῖς λόγοις ἐπικεχειρήκότων, ἀλλων δὲ τὴν ὑπέρ ἀνθρώπων αὐτοῦ πρόνοιαν ἀφαιρουμένων), οὔτ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων δικαιοράν, ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἰς δὲ διάλογος δ τοῦ νόμου συμφονῶν περὶ Θεοῦ, πάντα λέγων ἔκεινον ἐφορᾶν. 10 Καὶ μὴν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδεύματον διτεῖ δεῖ πάντα τὰ ἀλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν καὶ γυναικῶν ἀκούσειν δὲν τις καὶ τῶν οἰκετῶν.

κ'. Ὁθεν δὴ καὶ τὸ προφερόμενον ἡμῖν ἕπο τινῶν ἔχγλημα, τὸ δὴ μὴ καινῶν εὑρετὰς ἔργων ?, λόγων ισ ἄνδρας παρασχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν. Οἱ μὲν γὰρ ἀλλοι τὸ μηδενὶ τῶν πατρίων ἐμμένενι καὶ λόγῳ εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μᾶλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν σορός δεινότητα μαρτυροῦσιν· ἡμεῖς δὲ τούναντίον μίαν εἴναι καὶ φρόνησιν καὶ ἀρετὴν ὑπειλήφαμεν τὸ 20 μηδὲν δῆλως ἐπεναντίον μήτε πρᾶξαι μήτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν. Ὅπερ εἰκότως ἀν εἰη τεκμήριον τοῦ κάλλιστα τεθῆναι τὸν νόμον. Τὰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον αἱ πεῖραι δεόμενα διορθώσεως ἐλέγχουσιν.

Antiquitatibus græce reddidit, *A. J.* X, 10, 6. Quando  
hoc opus ad finem perduxerit, *A. J.* XX, 11, 2. — Quid  
sibi proposuerit in scribendo libro de antiquitate Judeo-  
rum contra Apionem, *C. A.* I, 1. — Promittit librum de  
Deo ejusque substantia et aliud de legibus, *A. J.* XX,  
11, 2; cf. *A. J.* III, 5, 6; 8, 10; IV, 8, 4. *C. A.* I, 9.  
*Josias*, rex Judeorum, Amosi fil., *A. J.* X, 4, 1. Eius
- pietas, *ibid.* Sacros libros Moysis in templo repertos pu-  
blice recitandos curat, 4, 2 et 3. Idolorum cultum sup-  
ditus delet, 4, 4 et 5. Nechaonem, regem Ægypti, pro-  
hibere conatur ab expeditione per ipsius fines facienda;  
in prælio cum eo commissso sagitta ictus moritur, 5, 1.  
Regnavit annos triginta et unum, *ibid.*
- Josua*. V. Jesus Naveni f.
- Josua*, Sise f., pontifex creatur ab Archelao ethnarcha, *A.*  
*J.* XVIII, 13, 1.
- Josubacus*, Abramis f., *A. J.* I, 15.
- Jotapata*, urbs Galilæa. Ejus situs describitur, *B. J.* III, 7,  
7. A Josepho munitur, II, 20, 6. A Placido frustra oppu-  
gnatur, *B. J.* III, 6, 1. A Vespasiano obsidetur; Jotapateni  
duce Flavio Josepho, diu fortiter resistunt; tandem urbs  
capitur et deletur, 7, 4 sqq. Urbis situs, 7, 7.
- Jotape*, Sampsigerami Emesorum regis filia Aristobulo Ari-  
stobuli filio nubis, *A. J.* XVIII, 5, 4.
- Jotape*, Aristobuli filia ex Jotape, *A. J.* XVIII, 5, 4.
- Jotape*, Antiochi Commagenorum regis f., Alexandro Ti-  
grani filio nubis, *A. J.* XVIII, 4, 5.
- Jothamus*, Boccæ f. *A. J.* XVIII, 1, 2.
- Jothamus*, rex Judæorum, Oziae fil., vivo adhuc patre re-  
gnum suscipit, *A. J.* IX, 10, 4. Rempublicam optime  
gerit, Ammanitis tributum imperat, 11, 2. Regnat annos  
quadraginta et unum, 12, 1.
- Jothamus*, Jueli f., pontifex maximus, *A. J.* X, 8, 6.
- Jothorus*, Madianita, Moysis soror; ejus posteris terra tri-  
buitur in Palestina, *A. J.* V, 2, 3.
- Jovanus*, Japhethæ f., *A. J.* I, 6, 1. Ab eo Græci originem  
trahunt, *ibid.*
- Jozarus*, pontifex constituitur ab Herode M. in locum Mat-  
thiæ, *A. J.* XVII, 6, 4.
- Jozarus*, Flav. Josephi collega in administranda Galilæa,  
*V. J.* 7.
- Jozarus*, sacerdos, cum tribus aliis Judæis a Simonis et  
Anani factione contra Flav. Josephum, Galilææ præf.,  
missus, multas ei struit insidias, *V. J.* 39 sqq.
- Ipa* (?) urbs Palæst., *A. J.* VIII, 10, 1.
- Iraes*, Juctæ f., *A. J.* I, 6, 4.
- Irenæus*, Herodis Antipæ procurator, vir eloquentissimus,  
*A. J.* XVII, 9, 4. *B. J.* II, 2, 3.
- Isaacus*, (Isacus) Abramis f. ex Sarra, circumciditur, *A. J.*  
I, 12, 2. A patre Deo offertur pro victima, sed Deus ei  
parcit, 13. Rebeccam Bathueli fil. dicit uxorem, 16.  
Ex ea procreat Esavum et Jacobum, 18, 1. Dei jussu Ga-  
dara se confert, 18, 2 sq. Pro Esavo preces facere volens  
fallitur a Jacobo, 18, 4 sqq. Moritur Chebrone, 22.
- Isamachus*, pater Eliabi, *A. J.* III, 6, 1.
- Isana*, urbs Palæst., *A. J.* VIII, 11, 3.
- Isanæ*, vicus Palest. *A. J.* XIV, 15, 12.
- Isara*, urbs Palæst., *A. J.* VIII, 15, 4.
- Isidus* sacra fœdantur, *A. J.* XVIII, 3, 4. Tiberii jussu Isi-  
dis sacerdotes cruci affiguntur ejusque templum everti-  
tur, *ibid.* Cf. *C. A.* I, 32.
- Ismaelius*, Abramis f. ex Agara, *A. J.* I, 10, 4. Cum matre  
Abrami domo expellitur; dei angelus ejus saluti prospicit,  
12, 3. Mulierem Ægyptiam dicit uxorem, ex qua duo-  
decim liberos suscipit, 12, 4.
- Ismaelius*, Judæus ex stirpe regia quum Hierosolyma a Ba-  
byloniis obsidentur, ad Baalem Ammanitarum regem  
confugit, *A. J.* X, 9, 2. Godoliam omnesque Maphate-  
ses intermit, 9, 4.
- Ismaelius*, Phabi fil., pontifex, *A. J.* XVIII, 2, 2; XX, 8,  
8. *B. J.* VI, 2, 2. Ab Hierosolymorū proceribus Romani  
mittitur, ut Agrippam regem apud Neronom accuset, *A.*  
*J.* XX, 8, 11. A Nerone obses retinetur, *ibid.*
- Israela*, V. Jesraela.

- Israelitæ. V. Judæi.*  
*Israelus. V. Jacobus.*  
*Issachars*, Jacobi ex Lia f., A. J. I, 19, 8. Ejus filii quatuor, II, 7, 4. Issacharis tribus quamnam Palæstinæ partem sortita sit, V, 1, 22.  
*Issares*, Nephthalim f., A. J. II, 7, 4.  
*Ister*, fluv. Germaniæ, B. J. II, 16, 4; VII, 4, 3.  
*Istobus*, Ammanitis opem fert contra Judeos, A. J. VII, 6, 1.  
*Iouis*, Aseri f., A. J. II, 7, 4.  
*Isus*, Aseri f., A. J. II, 7, 4.  
*Isus*, Ioram f., pontifex maximus, A. J. X, 8, 6.  
*Itabyrium*, mons Galil., describitur, B. J. IV, 1, 8. A Flavio Josepho munitur, II, 20, 6. V. J. 37. Cf. A. J. V, 1, 22; XIII, 15, 4.  
*Ithamarus*, Aaronis f. A. J. XIII, 8, 1. Sub regno Solomonis dignitas sacerdotalis ab ejus familia ad Phinees stirpem transit, A. J. VIII, 1, 3; cf. VIII, 14, 7.  
*Ithobalus*, Tyriorum et Sidoniorum rex, A. J. VIII, 13, 1. Quid Menander de eo referat, 13, 2. Cf. IX, 6, 6. C. A. I, 18; 21.  
*Ituræa*, regio Palæstinæ, Ituræi ab Aristobulo Judeorum rege debellantur, A. J. XIII, 11, 3. Ab eodem circumcisio nem admittere coguntur, *ibid.*  
*Jubalus*, Lamechi f., A. J. I, 2, 2.  
*Jubas*, rex Libye, Gaphyram Achelai regis Cappadociae filiam in matrimonium ducit, A. J. XVII, 13, 4. B. J. II, 7, 4.  
*Jubikeus annus. V. Jobelus.*  
*Juctas*, Heberi f., A. J. I, 6, 4.  
*Jucundus*, Herodis satelles, se ab Àlexandro ad Herodem interficiendum conductum esse fatetur, A. J. XVI, 10, 3.  
*Judadæi*, gens Æthiopica, originem trahunt à Judada, A. J. 1, 6, 2.  
*Judas*, Regni f., Judæorum princeps, A. J. I, 6, 2.  
*Judæa*, *Judei*. Judæa (i. e. tota terra Israelitica) describitur, B. J. III, 1, 1 sqq. A. J. V, 1 sqq. Olim Chananea vocata, A. J. I, 6, 2. Judææ proprie fines et natura, B. J. III, 3, 4 sq. In undecim toparchias dividitur, *ibid.* — Judei ab initio Hebrei appellati ab Hehero Salas f., A. J. I, 6, 4. Israelitæ ab Israelo (Jacobo), A. J. I, 20, 2. Judei *hoc nomine* ab eo inde tempore vocabantur, quo e captivitate in patriam redierunt, quia tribus Judeæ prima in eam pervenit, A. J. XI, 5, 7. — Abramus Judeorum gentis auctor et Mesopotamia in Chananeam migrat eamque occupat, A. J. I, 7 sqq. V. *Abramus*, *Isaacus*, *Jacobus*. Judei, fame in Palæstina grassante, a Josepho invitati in Ægyptum commigrant, ubi praefectura Ieliopolitana illi tributum incolenda, A. J. II, 7, 1 sqq. Num iidem qui apud Ægyptios Hycos vocantur? C. A. I, 14. Judeos a leprosis in Ægyptum accitos esse ibique crudelissime in populum sevisse, tradit Manetho, C. A. I, 26 sqq. Judei ab Ægyptiis inhumaniter tractantur variisque laboribus atteruntur, A. J. II, 9, 1 sqq.; 13, 4 sqq. Lysimachus refert, Judeos sub Bochori, Ægyptiorum rege, lepra et scabie afflictos partim in mare dejectos, partim in deserta deportatos esse, C. A. I, 34 sq. Ex Ægypto descendunt duce Moyses, A. J. II, 15 sq. cf. *Moyses*. Exodi tempus definitur, A. J. VIII, 3, 1. Apionis de exodo sententia, C. A. II, 2. Judei seditionem movent contra Moysem, A. J. III, 1, 1 sqq. Amalecitas devincunt; ad Sinam montem perveniunt, 2, 1 sqq. In cohortes distribuuntur, 4, 1. Decem præcepta a Deo accipiunt, 5. Ad tabernaculum extruendum viri contribuunt, 8, 2. Moyses iis leges dat, 8, 10, quarum nonnullæ recensentur 9—13. A Moyses ad Chananeæ fines ducti, seditionem contra eum movent, 13—15. Moyses iis renuntiat, Deum contra eos iratum, facturum ut quadraginta annos in deserto morentur, eorum vero liberis Chananeam traditum esse, 15, 1. sqq. Invito Moysi Chananeos aggressi clade afficiuntur, IV, 1. Core instigante, iterum contra Moysem et Aaronem seditionem movent, et nonnisi magnis a Deo miraculis editis conquiescant, 2, 3 et 4. Ab Idumæorum finibus prohibiti, a Moysi per desertum ducuntur, 4. Sichonem et Ogen Amorræorum reges prælia devincunt, 5. Ex juvenibus multi a puellis Madianiticis corrumputunt et ad legem violandas perducuntur: hi aut gladio perimuntur aut peste pereunt, 6. Madianites fugant eorumque terram occupant, 7, 1. Paulo ante mortem Moyses iis librum tradit leges et reipublicæ ordinationem continentem, 8, 3. Jesu duce Jordanem, per quem Deus viam aperit, transgressi, Hierichuntem capiunt omnesque incolas occidunt, excepta Rachaba, quæ bene de iis meruerat A. J. V, 1, 1 — 12. Infeliciter res gerunt contra Annitas, quum Acharus Deum sacrilegio offendisset; a Jesu lustrati, Annam evertunt, 1, 13—16. Totam fere Chananeam occupant, exceptis urbibus firmiter munitis; terrain tributum distribuunt, 1, 17—29. Post mortem Jesu usque ad Saulum regem *judices* plus quam quingentos annos rempublicam gerunt, A. J. XI, 4, 8. Judæi leges patrias violantes, magnas experientur calamitates, orto bello inter Benjamitas et ceteros Judæos, tota Benjaminis tribus præter viros sexcentos perimitur, A. J. V, 2. Subjugantur ab Assyriis, a Hothnielo liberantur, 3. A Moabitis in servitutem redacti liberantur ab Ehude, 4. A Chananeis deinde subacti, in libertatem vindicantur a Baraco et Debora, 5. A Madianitis duro imperio pressos liberat Gedeon, 6. Cum Ammanitis et Palæstinis bella gerunt varia fortuna, 7 sqq. Arcæ in Palæstinorum potestatem venit 11, 2. Palæstinos vincunt, duce Samuelo, VI, 2. Samuels filii male se gerentibus in principatu, regem petunt, 3, 1 sqq. Saulus rex designatur a Samuelo, 4, 1: Regnante Saulo Palæstinos, Amalecitas, Moabitæ aliasque gentes finitimas devincunt, VI, 6 sqq. post Sauli mortem a Judeæ tribu Davides, a reliquis tribubus Jebosthus rex creatur: exاردescit bellum civile, VII, 1, 2 sqq. Jebostho occiso, Davides ab omnibus tribubus rex constituitur, 2, 4. Hierosolyma, quæ Jebusæi, gens Chananeæ, incolebant, expugnat, annis quingentis quindecim postquam Jesus cum Chananeis bellum gerere copit, 3, 1 sqq. Davide regnante, Palæstinos identidem vincunt magna que eorum terra partem in suam ditinam redigunt; Moabitæ annum tributum imperant; Idumæam sibi subiecunt; Syriam occupant, 5. Fame preminuntur; paulo post pestilentia vexantur, 12 et 13. Davides populi censum habet: reperiuntur nongenta milia hominum qui arma ferre possint, Benjamitis et Levitis non numeratis, 13, 1. In cohortes a Davide distribuuntur, 14, 8. Regnante Solomone neque bellis neque turbis distracti operam in agris colendis ponunt, VIII, 2, 3. Arcæ in templum transferunt, 4, 1 sqq. Post Solomonis mortem Judeæ et Benjaminis tribus Roboamum, cetera tribus Hieroboamum regem constituunt; itaque Judæa in duo regna dividitur, A. J. VIII, 8, 2 sqq. Ab hoc inde tempore Judei a patriæ religione discedere coeperunt, quæ omnium eorum malorum causa exstitit, 8, 4. Vide nomina regum Judei: *Roboamus*, *Asanus*, *Josaphatus*, *Joramus*, *Ochozias*, *Gotholia*, *Joasus*, *Amasias*, *Ozias*, *Ioatham*, *Achases*, *Ezechias*, *Manasses*, *Amos*, *Joas*, *Joachaz*, *Joacimus*, *Joachimus*, *Sedecias*. — Reges Israelis: *Hieroboamus*, *Nadabus*, *Basanes*, *Elianus*, *Zamares*, *Amarinus*, *Thamnæus*, *Achabus*, II, *Ochosias*, *Joramus*, *Jehus*, *Joazus*, *Hieroboamus*, *Zacharias*, *Sellumus*, *Manaeus*, *Phaceas*, *Pha-*

## INDEX NOMINUM ET RERUM.

**ceas, Oseas.** Regnum Israelia a Salmanassare Assyriorum rege extinguitur, Israelitæ in Mediæ et Persiam transferuntur : in eorum locum substituuntur Chuthæi, *A. J. IX*, 14, 1. Regnum Judææ evertitur a Nabuchodonosoro ; Judæi melioris sortis cum ipso rege Sedecia in Babyloniam captivi abducuntur, *X*, 8. Pauperes in Judæa relictæ circa Masphamæ urbe sedes figunt iisque Godolias præficitur ; post Godolias interitum in Ægyptum migrant, inde vero et ipsi a Nabuchodonosoro in Babyloniam abducuntur, 9. A Cyro Persarum rege veniam impetrant redeundi in patriam, *XI*, 1, 1 sqq. Multi in Babylonia remanent, 1, 3. Urben et templum instaurare coeperunt, sed Cyro mortuo, a Cambyses prohibentur ne hac in re pergent, 2, 1 et 2. Darius, instigante Zorobabelo, in urbe temploque instaurandis magnam ponit operam, 3, 7 sqq. Quinam Babylonie cum Zorobabelo Hierosolyma redierint, 3, 10. Samaritas templi ædificationem impedit student, sed frustra, 4, 3. sqq. Templo absoluto solemne Pascha celebratur, 4, 8. Optimates rempublicam gerunt, *ibid.* Sub regno Xerxis Easdras connubium cum mulieribus peregrinis abolet, 5, 3 sqq. A gentibus finitimiæ urbis intenæ diruuntur, quæ Neemias reficit, 5, 6 sqq. Sub regno Artaxerxis I, Amane totam Judæorum gentem extinguere moliente, Mardonchæ et Estheris opera servantur ; in hujus rei memoriam dies Phuræos celebrant, 6, 5 sqq. Adversarios ulciscendi ab Artaxerxe veniam impetrant, 6, 13. Alexandre M. se subjiciunt ab eoque privilegia impetrant, 8, 4. sqq. Ptolemaeus Lagi urbem capit multosque Judæos in Ægyptum deportat ; contentiones inter Judæos et Samaritas, *XII*, 1. Qui in Ægyptum deportati sunt captivi manumittuntur a Ptolemaeo Philadelpho, 2, 2 sqq. Antiochus Magnus, occupata Judæa, Judæorum erga se studium remuneratur, 3, 3. Ptolemaeus Epiph. Judæam dotis nomine ab Antiocho M. accepit, 4, 1. Ab Antiocho Epiphane coguntur patrum cultum patriosque mores relinquere, 5, 4. Maccabæi regis mandata contemnunt magnamque manum circa se colligunt, 6. Sub Iuda Macab. Judæi libertatem suam contra Syriæ reges egregie defendunt, 7 — 11. Fœdus cum Romanis ineunt, 10, 6. Sub Jonatha Syrorum reges Judæorum gratiam sibi conciliare student, *XIII*, 2, sqq. Fœdus cum Romanis renovatur, 5, 8; 7, 3; 9, 2. Simone principatum tenente, Judæi magna fruuntur felicite, gentesque finitimas debellant, 6, 6. Judæorum res admodum secundæ ac florentes sub Hyrcano, 10, 1. Aristobulus, Hyrcani fil. principatum in regnum commutat, *A. J. XI*, 1. *B. J. I*, 3, 1. Contra Alexandrum Janneum, qui Aristobulo succedit, sèpius seditionem movent, *A. J. I*, 3; 5; 14. *B. J. 4*, 3 sqq. Regni fines sub Alexandre Janneo, *A. J. 15*, 3. Post Alexandri mortem regnum suscipit Alexandra, ejus uxor ; hec omnia Phariseis gerenda permittit, qui magna sunt apud populum auctoritate, *A. J. 16*, 1 sq. *B. J. 5*, 3. Aristobulus et Hyrcanus, Alexandri filii, de regno disceptantes, causam suam ad Pompejum deferunt, *A. J. XIV*, 1 sqq. *B. J. I*, 6, 1 sqq. Pompejus, captis Hierosolymis, regiam dignitatem abolet, Judæis tributum imponit multasque eorum urbes Syriæ provincie attribuit, *A. J. 4*, *B. J. 7*. Gabinius quinque synedria constituit populumque in totidem partes dividit ; Judæi reguntur ab optimatibus, *A. J. XIV*, 5, 4. *B. J. I*, 8, 5. Cæsari in Ægypto bellum gerenti auxilium ferunt, *A. J. 8*, *B. J. 9*, 3 sqq. Decreta in Judæorum gratiam facta a Romanis aliisque populis, *A. J. 10*. Vakle vexantur a Cassio, *A. J. 11*, 2 sq. *B. J. 11*, 1 sq. M. Antonius illos restituit quæ Cassius illos eripuerat, *A. J. 12*, 2 sqq. Longa de regno contentio inter Herodem M. et Antigonum Aristob. filium, *A. J. 13* sqq. *B. J. 12* sqq. An-

tigono superato Herodes regnum suscipit, *A. J. XV*, 1. Jussu Antonii Herodes Judææ partem Cleopatrae cedit, *A. J. XV*, 4, 1. *B. J. I*, 18, 5. Judæa magno terræ motu vastatur, *A. J. 5*, 2. *B. J. 19*, 3. Herodes ab Octaviano eam-Judææ partem recuperat quam jussu Antonii Cleopatrae dederat, *A. J. XV*, 7, 3. Trachonitis, Batanea, Auranitis et Zenodori tetrarchia Herodis regno ab Octaviano adduntur, *A. J. XV*, 10, 1 sqq. *B. J. I*, 20, 4. Post Herodis mortem, Archelao et Antipa Romæ de regno disceptantibus, Judæa plena est turbarum ; seditiones compescuntur a Quinto. Varo, Syriæ praefecto, *A. J. XVII*, 10. *B. J. II*, 3 sqq. Judæi legatos mittunt ad Cesarem Octav., qui ab eo petant, ut regum dominatu ipsos liberet, *A. J. 11*, 2. *B. J. 6*, 2. Caesar Octav. Archelaum constitutis ethnarcham eique Judæam, Samariam et Idumæam tribuit, Philippum vero et Antipam tetrarchas facit, huic Peræam et Galilæam, illi Batanaeam Auranitidem, Trachonitidem et Zenodori terræ partem assignans, *A. J. 11*, 4. *B. J. 6*, 3. Archelao regno dejecto, Caesar ejus ethnarchiam Syriæ provinciæ adjicit, *A. J. 13*, 5. *B. J. 8*, 1. Tiberius, post Philippum mortem ejus tetrarchiam Syriæ adjicit, *A. J. XVIII*, 4, 6. Caius vero Caligula Agrippam Aristobuli fil. Philippi tetrarchiæ regem facit, *A. J. XVIII*, 6, 10. *B. J. II*, 9, 5. Judæi nolunt Caligula statuam in dei templo erigere, *A. J. XVIII*, 8, 2 sqq. Claudius Caesar Agrippæ regno addit Judeam, Samariam, Libanum montem et Abilam urbem, *A. J. XIX*, 5, 1. *B. J. II*, 11, 5. Claudius Judeis per totum imperium Romanum permittit, ut moribus suis atque instituta utantur, *A. J. 5*, 2. Post Agrippæ mortem Cuspius Fadus mittitur, qui totius Judææ res administret, *A. J. 9*, 2. Lis inter Samaritas et Galileos quibus Judæi auxiliuntur, *A. J. XX*, 6. *B. J. II*, 12, 3. Claudius Agrippæ, Agrippa M. fil. Philippi tetrarchiam tribuit, *A. J. 7*, 1. *B. J. 12*, 8. Nero ejus regno addit partem Galileeæ et Peræ, *A. J. 8*, 4. *B. J. 13*, 2. Tota Judæa tum temporis latronum, impostorum et hominum seditionis plena, *A. J. 8*, 5 sqq. *B. J. 13*, 2 sqq. Flori procuratoris servitia Judæos ad defectionem a Romanis adigit ; belli Judaici initium, *B. J. II*, 14 sq. Judæorum ubique gentium calamitatis et cædes, 18. Cestius Gallus Syriæ praefectus ad reprimendam seditionem in Judæam venit, sed post acceptam apud Bethoron cladem et irritam urbis et templi obsidionem se recipit, 19. Judæi tum urbis et provinciarum praefectos bellique duces constiunt, 20, 3 sq. Vespasianus cum exercitu a Neronে mittitur contra Judæos, *B. J. III*, 1, 2 sq. Vespasianus Galileam occupat, III, 2—10, IV, 1. Intestina dissidia et seditiones in Judæa, IV, 3, 2. Hierosolymis zelote in cives seviunt, 4 et 5. Peræa, Idumæa magna pars Judææ a Romanis subiunguntur, 7—9. Quum Vespasianus imperator creatus esset, ejus fil. Titus bellum cum Judæis persequitur, 11, 5. Hierosolyma post longam obsidionem a Tito capiuntur et funditus evertuntur, V, 1—VII, 1. V. *Hierosolyma, Titus.* Vespasianus omnem Judææ terram vendi jubet et Judæis, ubique degant, tributum indicit, 6, 6. Machærus, Herodium, et Masada castella a Romanis capiuntur ; finis belli Judaici, 6, 1 sqq.; 8, 1 — 10, 1. — Admirabilis inter Judæos de rebus summis consensio, *C. A. II*, 19. Dei quæ sit natura ex Judæorum sententia, *C. A. II*, 16; 22. Eorum libri sacri viginti duo, *C. A. I*, 8. — Judæorum leges omnium optimæ, *C. A. II*, 38, 41. Earum indeoles, II, 14; 16 sqq.; 41. Severiores sunt quam quæ apud alios populos valent, II, 32. Multi eas imitati sunt, II, 39. Judæi legibus accuratissime instituuntur, II, 18. Omnia pati malunt quam quidquam contra leges facere, I, 22 — Magistratus, amplexus in qualibet Judæorum urbe, quorum duo e tribu

- Levita**, *A. J. IV*, 8, 4. — *Judeorum temperantia, fortitudo, sapientia*, *C. A. I*, 22. Apud *Judeos illiberales est aliarum gentium linguis ediscere*, *A. J. XX*, 11, 2. *Circumcisio ab Abramo instituta*, *A. J. I*, 10, 5; cf. *VIII*, 10, 3. *De Judeorum juramentis Apionis mendacia*, *C. A. II*, 10. — *Judei admodum sero in Graecorum notitiis venerunt*, *C. A. I*, 12. *Graecorum de iis testimonia*, 1, 22. *Cur odio sint Egyptii*, *I*, 24. *Judei per totum orbem terrarum dispersi sunt*, *A. J. XIV*, 7, 2. *B. J. II*, 16, 4. Cf. *Alexandria, Antiochia, Babylonia, Creta, Cyrene, Damascus, Ionia, Melos, Roma, Syria*.
- Judaicum bellum**, quando initium ceperit; ejus causa, *B. J. H*, 14 sqq. Cf. *Judea, Hierosolyma, Vespasianus, Titus*.
- Judas**, Jacobi ex Lia f. *A. J. I*, 19, 8. Fratribus consilium dat ut Josephum vendant, *II*, 3, 3. Jacobi filiorum vehementissimus et audacissimus, 6, 5; cf. 6, 8. Ejus filii tres, 7, 4. — *Judei tribus quamnam Judaei partem sortitas sit*, *V*, 1, 22. Post Sauli mortem Davidem creat regem, qua re bellum civile conflatur, *VII*, 1, 2 sqq. *Tribulum numerus sub regno Davidis*, *VII*, 13, 1.
- Judas**, Aminadabi f., *A. J. XI*, 4, 2.
- Judas**, pontifex, *A. J. XI*, 7, 1.
- Judas Maccabeus**, Mattathiae fil., patre defuncto, rerum administrationem suscipit, *A. J. XII*, 6, 4. Apollonium, deinde Seronem vincit, 7, 1. Exercitum a Lysia contra ipsum missum fundit, 7, 3 et 1. Lysiam cum magno exercitu advenientem propulsat, 7, 5. Hierosolyma contendit, templum lustrat et instaurat, suetaque hostias offert, 7, 6. Luuminum festum instituit, 7, 7. Gentes finitimas subigit, 8. Arcem Hierosolymorum oppugnat, 8, 3. Cum Antiocho Eupatore congrederitur; Hierosolyma se recipit, 9, 4 et 5. Cum Antiocho pacem componit, 9, 6. Bachides a Demetrio missus ei insidias struit, 10, 2. Cum Alcino pontifice de principatu contendit, 10, 3. A Nicanore victus Hierosolyma fugit, 10, 4. Nicanorem superat, 10, 5. Pontificatum obit, 10, 6. Cum Romanis societatem jungit, *ibid*. In praelio cum Bachide commisso cadit, 11, 2. — Cf. *B. J. I*, 1, 4 sqq.
- Judas**, Esseus, vates; ejus vaticinium de Antigoni morte, *A. J. XIII*, 11, 2. *B. J. I*, 3, 5.
- Judas**, Chaspesi f., *A. J. XIII*, 5, 7.
- Judas**, Ezechiae latronis fil., post Herodis M. mortem multa latrocinia exercet, quin etiam regnum affectat, *B. J. II*, 4, 1. *A. J. XVII*, 10, 5.
- Judas**, Sariphaei fil., legum interpres praestantissimus, juventutem concitat in Herodem M., aquilamque auream templi porta dejici jubet, *A. J. XVII*, 6, 2 sq. *B. J. I*, 33, 3. Vivus crematur, *A. J. 6*, 4. *B. J. 33*, 4.
- Judas**, Galilaeus (Gaulanita) Judeos hortatur ut a Romanis deficiant, *A. J. XVIII*, 1, 1. *B. J. 8*, 1. Novae philosophorum sectae princeps est, quae in plerisque rebus cum Pharisæis consentit, sed in eo ab iis distinet, quod ante omnia libertatem esse tuendam statuit, *A. J. I*, 1; 1, 6. *B. J. 8*, 6.
- Judas**, Jonathæ f., Judeus nobilis, *B. J. II*, 21, 7.
- Judas**, Chelcæ f., Eleazari socius, *B. J. V*, 1, 2.
- Judas**, Jude f., unus e seditionorum Hieros. praefectis ob prodictionem a Simone necatur, *B. J. V*, 18, 2.
- Judas**, Arl f., Judeus fortitudine excellens, *B. J. VI*, 1, 8; *VII*, 6, 5.
- Judas**, Mertonis f., Judeus, fortiter se gerit contra Romanos, *B. J. VI*, 1, 8; 2, 5.
- Judas**; Flav. Josephi collega in administranda Galilæa, *V. J. 7*.
- Judices**, etiam ποικηγοι dicti, plus quingentis annis apud *Judeos imperium tenebant*, *A. J. XI*, 4, 8. Cf. *tV*, 8, 14. *Judices apud Tyros*, *C. A. I*, 21.
- Juelus**, Sudeæ fil., summus pontifex, *A. J. X*, 8, 6.
- Julia (Livia)** Cæsaris Augusti uxor Herodi M. multa dona mittit, *A. J. XVI*, 5, 1. Salomæ Herodis sorori suadet ut fratris obsequita nubat Alexæ, *A. J. XVII*, 1, 1. *B. J. I*, 28, 6. Herodes magnam pecuniam vim ei legat, *A. J. XVII*, 6, 1; 8, 1. *B. J. 32*, 7; 33, 8. Salome ei Jamniam, Phasælidem et Archelaïdem legat, *A. J. XVIII*, 2, 2. *B. J. II*, 9, 1.
- Julia**, Caligulae soror, M. Minuciani uxor, *A. J. XIX*, 4, 3.
- Julianus**, Bithynius, vir fortissimus, *B. J. VI*, 1, 8.
- Julias (Livias)**, urbs Perææ ab Herode Antipa ita vocata in honorem Julie Augusti uxoris; prius dicebatur Betharamphita, *A. J. XVIII*, 2, 1. *B. J. II*, 9, 1. A Nerone Agrippa juniori datur, *A. J. XX*, 8, 4. A Romanis capitur, *B. J. IV*, 7, 6.
- Julias**, urbs Galil. ad lacum Genezareth, a Philippo ita appellata in honorem Julie Augusti filie; prius dicebatur Bethsaida, *A. J. XVIII*, 2, 1. *B. J. II*, 9, 1; *III*, 10, 7. *V. J. 71*.
- Julius**, leg. Roman. dux, *A. J. XV*, 3, 7.
- Juno Argiva**, *B. J. I*, 21, 7.
- Jupiter Enyalius**, *A. J. I*, 4, 3. Jovis Hellenii templum in monte Garizin, *A. J. XII*, 5, 5. Jovis Casii templum in Ægypto, *B. J. IV*, 11, 5. Jovis Victoris et Jovis Capitolini tempia in Roma urbe, *A. J. XIX*, 4, 3. *B. J. VII*, 5, 6. — *Jupiter Olympius*, opus Phidiae, *A. J. XIX*, 1, 1. *B. J. I*, 21, 7.
- Justus**, Pisti f., Tiberiensis, rebus novis studet; ejus indoles atque ingenium, *V. J. 9*; 70. Contra Fl. Josephum Galil. præf. Tiberiens concitat, 17. Cf. 37. Ad Agrippam regem transit, 75. A Decapolitanis apud Vespasianum accusatus, ab hoc capitio damnatur; ab Agrippa vero, intercedente ejus sorore Berenice, servatur, 65; 74. Postea ab Agrippa propter maleficia varia identidem in vincula conjicitur et in exsilium agitur, 65. Scriptis historiam belli in Galilæa gesti mendaciorum plenam, 65. Quando eam ediderit, *ibid*.
- Justus**, Flav. Josephi f., *V. J. 1*; 76.
- Iycæi** a Hiramo Tyriorum rege subjecti, *A. J. VIII*, 5, 3.
- Izaræ**, fons Palææ, *A. J. 15*, 6.
- Izari (?) urbs** (Jesraela), *A. J. VIII*, 13, 6.
- Izates**, Monobazi Adiabenorum regia ex Helena fil., ad Abennigerummittitur, cuius filiam uxorem dicit, *A. J. XX*, 2, 1. Patri succedit, 2, 2. Religionem Judaicam amplectitur, 2, 3 sq. Hierosolymitanos fame laborantes sublevat, 2, 5. Artabanum Parthorum regem, regno pulsum benignè excipit; apud Parthos pro eo intercedit, 3, 1 sq. Ab Artabano magnis honoribus afficitur et regionem circa Nisibin dono accipit, 3, 3. Bardanes, Artabani successor, contra Itazem expeditionem facit, 3, 4. Regni priores, seditionem moventes, eorumque socium, regem Arabiae, cedit, 4, 1. A Vologese, Parthorum rege, bello petitur; Dei providentia servatur, 4, 2 sq. Moritur, successore reliquens Monobazum fratrem, 4, 3. Sepelitur in pyramide prope Hierosolyma, *ibid*. Cf. *B. J. VI*, 6, 4.

## L.

**Labanus**, Bathueli f., *A. J. I*, 8, 2; 16, 2. Jacobo Rebecam ipsius filiam in matrimonium petenti septem annorum servitatem imponit; septennio elapsò fraudulententer Liam pro Rebecca substitut; post alterum septennium servitutis Rebecam ei nuptum dat, 19, 7. Jacobum cum

## INDEX NOMINUM ET RERUM.

- uxoribus et parte gregum discedentem persequitur; Deo intercedente fidus facit cum Jacobo, 19, 9 sqq.
- Labatha*, urbs Palæst., A. J. VII, 5, 5.
- Labimus*, Mestraimi f., A. J. I, 6, 2.
- Labina*, regio Palæst., A. J. IX, 5, 1.
- Laborosoarchodus*, rex Babylonie, C. A. I, 20.
- Labosordachus*, rex Babylonie, A. J. X, 11, 2.
- Lacedæmonii* Judeorum cognati, A. J. XII, 4, 10 sq.; XIII, 5, 8. Amicitiam faciunt cum Judæis, *ibid.* Herodis M. in eos liberalitas. A Romanis subiguntur, B. J. II, 16, 4. — Lacedæmonii moribus docent non præceptis, C. A. II, 10. Peregrinos in rempublicam non admittunt, II, 36. Nuptias negligunt, II, 37. Cum libertate etiam leges interierunt, II, 31.
- Lachis*, urbs Judææ, A. J. VIII, 10, 1.
- Lachisa*, urbs Judææ, A. J. IX, 9, 3.
- Lamechus*, Mathusalæ f., A. J. I, 2, 2; 3, 4.
- Laodice*, Galadenorum regina bellum cum Parthis gerit, A. J. XIII, 13, 4.
- Laodicea maritima*, urbs Syriæ; Herodis M. in Laodicenses liberalitas, B. J. I, 21, 11.
- Laodicenses*, a Romanis iubentur Judæos in ipsorum civitate habitantes benigne tractare, A. J. XIV, 10, 20.
- Larius Lepidus*, decimæ legionis Rom. dux, B. J. VI, 4, 3.
- Lasthenes*, Cretensis, Demetrii amicus, A. J. XIII, 4, 3; 4, 9.
- Latopolis*, urbs Egypti, A. J. II, 15, 1.
- Latusimus*, Dadanis f., A. J. I, 15.
- Lebana*, urbs Judææ, A. J. X, 5, 2.
- Lembæ*, urbs Meabitarum, A. J. XIII, 15, 4.
- Lemonia*, Romæ tribus, A. J. XIV, 10, 10.
- L. Lentulus*, consul Rom.; ejus de Judæis Ephesiis decreta, A. J. XIV, 10, 13; 10, 16.
- Leontopolis*, urbs Egypti, A. J. XIII, 3, 1.
- Lepidus*, Minuciani amicus, a Caligula occiditur, A. J. XIX, 1, 3; 1, 8.
- Lesbus*, insula, A. J. XVI, 2, 2.
- Leuce*, saxum prope Masadam, castellum Judææ, A. J. VII, 8, 5.
- Levias*, Judæus nobilis, a Zelotis necatur, B. J. IV, 3, 4.
- Leri*, Jacobi ex Lia f., A. J. I, 19, 8. Cum Simyone fratre Dinam sororem a Sicheme stupratam ulciscitur, 21, 1. Ejus filii tres, II, 7, 4. — Levitas, Judaeorum tribus, Dei ministerio consecrati, militia immunes sunt; quadraginta octo urbes cum agris possident, et frugum decumam a populo accipiunt, A. J. IV, 4, 3; cf. III, 11, 1; 12, 4; IV, 8, 8; 22; V, 1, 22. Bini in singulis urbibus magistratus e tribu Levitica eligendi, IV, 8, 14. Davides Levitas in classes distribuit iisque munera assignat, VII, 14, 7; cf. 12, 2.) Hieroboamo in regno suo vitularum cultum præscribente, Levitas inde in Judæam migrant, VIII, 10, 1. Agrippa jun. iis, qui cantores sunt, permittit stolam lineam gestare, XX, 9, 6.
- Lex Judaica*, a septuaginta Judæis in lingua Greecam vertitur, A. J. XII, 2. Post expugnata Hierosolyma in triumpho portatur; deinde in palatio imperatoris reponitur, B. J. VII, 5, 7. — Cf. *Mosaicæ leges*.
- Lia*, Libani filia, patris fraude cum Jacobo matrimonio jungitur, A. J. I, 19, 7. Ejus liberi, 19, 8.
- Libanus*, mons Syriæ, A. J. III, 14, 1; V, 1, 22; 3, 1; VIII, 2, 3; 6, 3; XIII, 16, 5; XIX, 5, 1. B. J. I, 17, 3; III, 3, 5. V. J. 11.
- Liberalis*, centurio Rom., B. J. VI, 4, 7.
- Liberius Maximus*, Judæe procurator, B. J. VII, 6, 6.
- Libya*, nomen habet a Libye Mestraimi f., A. J. I, 6, 2.
- Occupatur ab Ophire, I, 15. — *Libya Pentapolitana*, B. J. VII, 11, 1.
- Libyes*, a Judæis Phuti vocantur, A. J. I, 6, 2.
- Liternius Fronto*, legionum Alexandrinarum dux, B. J. VI, 4, 3; 9, 2.
- Livia. V. Julia*.
- Livias*, urbs Arabicæ, A. J. XIV, 1, 4.
- T. *Livius*, de rebus a Pompejo gestis, A. J. XIV, 4, 3.
- Loilius*, cum Metello Damascum capit, A. J. XIV, 2, 3. B. J. I, 6, 2.
- Longinus*, tribunus militum, B. J. II, 19, 7.
- Longinus*, eques Rom., fortitudine conspicuus, B. J. V, 7, 3; VI, 3, 2.
- Lotus*, Aranæ f., ab Abramo adoptatur, A. J. I, 7, 1. Cum Abramo in *Egyptum* proficiscitur; inde in Chanaanæ reversus, planitiem ad Jordanem fluvium habitat, 8. Ab Assyris in captivitatem abducitur, 9. Ab Abramo liberatur, 10, 2. De Sodomorum excidio a Deo præmonitus, inde discedit, 11, 4. Ejus uxor in statuam salinam convertitur, *ibid.* Cum filiabus concubuit, 11, 5.
- Lucius*, miles Roman., B. J. VI, 3, 2.
- Lucultus*, belluni gerit cum Mithridate, Armeniam depopulatur, A. J. XIII, 16, 4.
- Ludas*, Semæ f., Ludorum (Lydorum) auctor, A. J. I, 6, 4.
- Ludi. V. Lydi*.
- Ludi*, quinquennales ab Herode M. in honorem Cæsaris Octav. instituti, A. J. XV, 8, 1. B. J. I, 21, 8. Ludi Palatini Rome in Palatio celebrantur in honorem Cæsaris Augusti, A. J. XIX, 1, 11. sq.
- Ludiinus* (*Ludimus*), Mestraimi f., A. J. I, 6, 2.
- Lugdunum*, urbs Galliæ; Herodes Antipas a Caligula eo relegatur, A. J. XVIII, 7, 2, B. J. II, 9, 6.
- Luminum festum*, A. J. XII, 7, 7. Ejus origo, *ibid.*
- Luomes*, Dadanis f., A. J. I, 15.
- Lupus* (*Julius*) tribunus militum Caligulae uxorem et filiam interficit, A. J. XIX, 2, 4. Suppicio afficitur, 4, 5.
- Lupus*, Alexandriae præfetus, Óniæ templum claudit, B. J. VII, 5, 2; 8, 4.
- Lychnuchus* sacer describitur, A. J. III, 6, 7.
- Lycit*, pop. Asia min.; Herodis M. in eos liberalitas, B. J. I, 21, 11. Cf. II, 16, 4.
- Lycurgus*, Lacedæmoniorum legislator, C. A. II, 15; 31.
- Lydi*, olim Ludi dicti, Luda Semæ f., originem habent, A. J. I, 6, 4. Rebus novis student sub Antiocho M., XII, 4, 3. Lydia, occupata ab Alexandre M., A. J. XI, 8, 1.
- Lydda* (*Diospolis*), urbs Judææ, toparchiæ caput, B. J. III, 3, 5. Incole a Cassio in servitutem rediguntur, A. J. XIV, 11, 2. B. J. I, 11, 2. Urbs a Vespasiano capit, B. J. IV, 8, 1. Cf. A. J. XIV, 10, 6; 15, 3; XX, 6, 2. B. J. I, 15, 6; II, 12, 6.
- Lysanias*, Ptolemaei Mennei f., post patris obitum Chalcidie tyrannus, cum Antigono Aristobuli f. societatem init, A. J. XIV, 13, 3, B. J. I, 13, 1. Cleopatræ insidiis necatur, A. J. XV, 4, 1. Lysanias tetrarchia a Zenodoro conducitur, A. J. XV, 10, 1. B. J. I, 20, 4.
- Lysias*, Antiochi Epiph. procurator, A. J. XII, 7, 2. Exercitus, quem contra Judam Maccab. mittit, funditur, 7, 3 et 4. ipse magno cum exercitu eum aggressus propulsatur, 7, 5. Antiochum Eupatorem declarat regem, 9, 3. Cum Antiochus Eupat. expeditionem facit contra Judæos, 9, 4 sq. Cum Judæis pacem componit, 9, 7. A Demetrio interficitur, 10, 1. Cf. XX, 11.
- Lysias*, Syriæ castellum, a Pompeio expugnatur, A. J. XIV, 3, 2.

- Lysimachus**, post mortem Alexandri M. Thraciam obtinet, *A. J. XII*, 1, 1.
- Lysimachus**, Apollodoti frater, Gazam urbem Alexandro Jannaeo prodit, *A. J. XIII*, 13, 3.
- Lysimachus**, Pausaniae f., ab Hyrcano Romanum mittitur legatus, *A. J. XIV*, 10, 10; 12, 3.
- Lysimachus**, Judæus nobilis, ab Herode M. interficitur, *A. J. XV*, 7, 8.
- Lysimachus**, historicus, Judæorum detractor, laudatur, *C. A. I*, 34; 35; II, 2; 14.
- Lyssa**, urba Arabiæ, *A. J. XIV*, 1, 4.
- M.**
- Maathas**, Baalis sacerdos, *A. J. IX*, 7, 4.
- Mabortha**. *V. Neapolis.*
- Maccabæi**, Judæorum principes; eorum historia, *A. J. XII*, 6.
- Maccabæi**, dicuntur etiam septem fratres, ab Antiocho Epiph. ad mortem cruciati; quod lege patrias violare nolent, Maccabæis animi fortitudine similes, *M. 8* sqq.
- Macceda**, (Macchida) locus Palæst., *A. J. V*, 1, 17.
- Macedonia**, post mortem Alexandri M. a Cassandro occupatur, *A. J. XII*, 1, 1.
- Macedones**, Persarum imperium evertunt, *A. J. XI*, 8. Macedones a Romanis devicti, *B. J. II*, 16, 4.
- Macedones**, Epiphanis Commageni milites, Macedonum more armati, *B. J. V*, 11, 3.
- Machærus**, Romanorum dux, a Ventidio Herodi auxilio missus mala fide agit, *A. J. XIV*; 15, 7. *B. J. I*, 16, 6.
- Machærus**, castellum in confinio Palæstinae et Arabiæ situm, *A. J. XVIII*, 5, 1. *B. J. I*, 8, 1. Ejus situs describitur *B. J. VII*, 6, 1. Primus locum munivit Alexander Judæorum rex, munitiones amplificavit Herodes, 6, 2. A Gabino diruitur, *A. J. XIV*, 5, 4. *B. J. I*, 8, 5. Capitur a Judæis seditionis, *B. J. II*, 18, 6. Capitur a Romanis post Hierosol. expugnationem, *B. J. 6*, 3 sqq. Cf. *III*, 3, 3.
- Machana**, Tholomæi Gessirorum regis filia, Davidis uxor, *A. J. VII*, 1, 4.
- Machana**, Roboami uxor, *A. J. VIII*, 10, 1.
- Machas**, Nachoræ f., *A. J. I*, 6, 5.
- Machirus**, regionis Galaditidis princeps, *A. J. VII*, 9, 8. cf. 5, 5.
- Machma**, urbs Palæst., *A. J. VI*, 8, 1. *XIII*, 1, 6.
- Machon**, urbs Palæst., *A. J. VII*, 5, 3.
- Macro**, militum prætorianorum sub Tiberio præfetus, *A. J. XVIII*, 6, 6; 6, 7.
- Macrones**, pop. Ponti, *C. A. I*, 22.
- Madæi**, Gracis Medi dicuntur, *A. J. I*, 6, 1.
- Madanes**, Abramii f., *A. J. I*, 15.
- Mades**, Japhethæ f., Madæorum (Medorum) auctor, *A. J. I*, 6, 1.
- Madiana**, urbs Arab., *A. J. II*, 11, 1.
- Madianæ**, Abramii f., *A. J. I*, 15.
- Madianitæ**, pop. Arab., Judæos ex Ægypto redeuntes a finibus suis arcere student, *A. J. IV*, 6. Devincuntur et ceduntur a Judæis, 7, 1. Vincuntur a Gedeone, *V*, 6.
- Mæcia**, tribus Romæ, *A. J. XIV*, 10, 10.
- Mæolis palus**, *B. J. VII*, 7, 4.
- Magedo** (*Mageddo*, *Megiddo*), urbs Samar. in tribu Massæ, a Solomone condita, *A. J. VIII*, 6, 1; *IX*, 6, 3.
- Magnus Campus**. *V. Campus.*
- Magogæ**, (Scythæ) a Magoge originem trahunt, *A. J. I*, 6, 1.
- Magoges**, Japhethæ f., Magogarum princeps, *A. J. I*, 6, 1.
- Malachias**, Judæus, fortiter se gerit contra Romanos, *B. J. VI*, 1, 8.
- Malaelus**, Cainæ f., *A. J. I*, 3, 4.
- Malatha**, castellum Idumææ, *A. J. XVIII*, 6, 2.
- Malchus**, Arabs, Antiochum Alexandri Balæ fil. educat; eum Diodoto tradit, *A. J. XIII*, 5, 1.
- Malchus** (*Malichus*), rex Arabiæ, Herodi patria protugo, quamquam beneficiis ab eo affectus, auxilium ferre recusat; cuius rex mox eum poniens, *A. J. XIV*, 14, 1 sq. *B. J. I*, 14, 1 sq. Cf. *A. J. XV*, 6, 2.
- Malchus**, Arabe, Vespasiano mittit auxilium contra Judæos, *B. J. III*, 4, 2.
- Malchus**. Cf. *Cleodemus.*
- Maliate** (?) (*Maniathe*), urbs Peræ, *A. J. V*, 7, 10.
- Malchus**, unus ex Judæorum primoribus, ab Hyrcano mortis periculo eripitur, *A. J. XIV*, 5, 2; 11, 2. *B. J. I*, 8, 3; 11, 2. Antipatrum ex insidiis interficit, *A. J. II*, 2 sq. *B. J. II*, 3 sq. Principatum affectat; ab Herode, Antipatris, occiditur, *A. J. II*, 5. *B. J. II*, 7 sq.
- Malla**, sive *Malle*, urbs Palæst., *A. J. XII*, 8, 1.
- Mallon**, Elimelechi f., *A. J. V*, 9, 1.
- Malthace**, Herodis M. uxor, *A. J. XVII*, 10, 1. *B. J. I*, 28, 4.
- Mambre**, ilex Abrami, *A. J. I*, 11, 2.
- Mambres**, Abrami commilito, *A. J. I*, 10, 1.
- Manachase**, vestimentum sacerdotum, *A. J. III*, 7, 2.
- Manaemus**, Israelitarum rex, Phullo, Assyriorum regi, expeditionem contra ipsum facienti, missis mille talentis persuadet ut recedat, *A. J. IX*, 11, 1. Regnavit deceem annos, *ibid.*
- Manaemus**, Essenus ab Herode M. in honore habetur, *A. J. XV*, 10, 6.
- Manaemus**, (*Manaimus*), Judæ Galilæi fil., seditionorum Hierosol. dux, *B. J. II*, 17, 8. Tyrannidem affectat; interficitur, 17, 9. *V. J. 5.*
- Manalis**, (quæ vox *Castra* significat), Jebosthi, Judeorum regis, regia, *A. J. VII*, 1, 3.
- Manasses**, Josephi f., ex Asemetha, *A. J. II*, 6, 1. Cum Ephraime fratre inter Judæorum principes referuntur, II, 8, 1; III, 12, 4. Manasse tribus quamnam Palæstinae partem sortita sit, IV, 7, 3; V, 1, 22.
- Manasses**, Judæorum rex, Ezecliae fil., initio regni sui impius et crudelis, *A. J. X*, 3, 1. A Babylonii, qui Judæam invadunt, in captivitatem abducitur; postea in regnum suum remittitur et optime rempublicam gerit, 3, 2.
- Manasses**, Jaddi frater, Sanaballete filiam ducit uxorem, *A. J. XI*, 7, 2. Id quod indigne fert populus, 8, 1. Templo monte Garizin a Sanaball. extrecti pontifex constituitur, 8, 4.
- Manasses**, pontifex, *A. J. XII*, 4, 1.
- Manasses**, initio belli Jud. Peræas præficitur, *B. J. II*, 20, 4.
- Mandra**, locus Palæst., *A. J. X*, 9, 5.
- Manetho**, genere *Ægyptius*, historiæ *Ægyptiacæ* scriptor, *C. A. I*, 14. Laudatur, *C. A. I*, 14; 26—32; II, 2. *A. J. I*, 3, 9. De ejus fide, *C. A. I*, 31; 33.
- Maniathe**. *V. Maliathe.*
- L. Manitus**, *A. J. XIII*, 9, 2.
- Manna**, de celo demittitur, *A. J. III*, 1, 6. Quid vox significet, *ibid.*
- Mannæus**, Lazar f., *B. J. V*, 13, 7.
- Manoches**, Samsonis pater, *A. J. V*, 8, 2.
- Maon**, regio Palæst., *A. J. VI*; 19, 2.
- Mar**, locus Arabiæ, *A. J. III*, 1, 1.
- Maræothus**, Jothami f., *A. J. VIII*, 1, 3.
- Mararius**, Levi f., *A. J. II*, 7, 4.

## INDEX NOMINUM ET RERUM.

- C. Marcellus*, consuli Rom., *A. J.* XIV, 10, 13.  
*Marcellus*, procurator Judææ, *A. J.* XVII, 4, 2.  
*Marcus*, Alexandri Lysimachi, Alabarchæ, f., *A. J.* XIX, 5, 1.  
*Mardochæus*, Judæorum dux, *A. J.* XI, 3, 10; 4, 8.  
*Mardochæus*, unus ex Judæorum Babylone degentium primoribus, patruus Estheris, *A. J.* XI, 6, 2. Conjurationem in Artaxerxes regem detegit, 6, 4. In odium incurrit Amanis, qui omnes Judæos perdere constituit, 6, 5. Estherem perdidit ut Judæorum patrocinium suscipiat, 6, 7. Amanes eum honorare cogitur, 6, 10. Amane supplicio affecto, muneribus et honoribus cumulatur. 6, 12, et 13.  
*Maresa. V. Marissa*.  
*Maria*, femina nobilis, fame urgente filium suum comedit, *B. J.* VI, 3, 4.  
*Mariamne* (Mariamne), Moysis soror, *Ori* (*Uronis?*) uxor, *A. J.* II, 2, 4; IV, 4, 6; cf. II, 9, 4.  
*Mariamne*, Alexandri ex Alexandra filia, Herodi M. in matrimonium collocatur, *A. J.* XIV, 12, 1; 15, 14. *B. J.* I, 11, 5; 17, 8. Fornæ venustate insignis, *A. J.* XV, 2, 5 sq. Secretum de Mariamne mandatum, quod Herodes dedit Josepho avunculo suo, 3, 5 sq. In suspicionem adulterii venit, 3, 9. Iterum in adulterii suspicionem votata necatur, 7, 1 sqq. Ejus indoles, 7, 4.  
*Mariamne*, Simonis pontificis filia, Herodis M. uxor, *A. J.* XV, 9, 3. XVII, 1, 3. *B. J.* I, 28, 4. Ejus liberi, *tibid.* Ab Herode repudiatur, *A. J.* XVII, 4, 2. *B. J.* I, 30, 7.  
*Mariamne*, Aristobuli filia ex Berenice, Herodis M. neptis, *B. J.* I, 28, 1.  
*Mariamne*, Agrippæ M. filia ex Cypro, *A. J.* XVIII, 5, 4, *B. J.* II, 11, 6. Nubit Archelao Chelicæ fil., *A. J.* XIX, 9, 1; XX, 7, 1. Repudiato Archelao matrimonium initum Demetrio Alexandrino, 7, 3.  
*Mariamne*, Josephi filia ex Olympiade, Herodi Aristobuli filio nubit, *A. J.* XVIII, 5, 4.  
*Mariamne*, Archelai ethnarchæ uxor, ab eo repudiatur, *A. J.* XVII, 13, 4. *B. J.* II, 7, 4.  
*Mariamne*, turris Hierosolymorum urbis, ab Herode exstructa, describitur, *B. J.* V, 4, 3. Cf. II, 17, 8. Post urbem expugnatam servatur, VII, 1, 1.  
*Marion*, Tyriorum tyrannus Antigono regnum Judææ occupare molienti auxilio est, ab Herode vincitur, *A. J.* XIV, 12, 1. *B. J.* I, 12, 2.  
*Marista*, urbs Judææ in tribu Judæ, *A. J.* VIII, 12, 1. Ab Hircano capitur, *A. J.* XIII, 9, 1. A Pompejo Judæis eripitur, XIV, 4, 4. A Gabinius instauratur, XIV, 5, 3. A Parthis evertitur, XIV, 13, 9. *B. J.* I, 13, 9. Cf. *A. J.* VIII, 10, 1; XII, 8, 6; XIV, 1, 4. *B. J.* I, 7, 7.  
*Marmaridae*, pop. Africæ, a Romanis subacti, *B. J.* II, 16, 4.  
*Marsuane*, mensis anni secundus apud Judæos, *A. J.* I, 3, 3.  
*Marsus*, Syriae præfector, succedit Petronio, *A. J.* XIX, 6, 4. Ejus iniurictiæ cum Agrippa rege, 7, 1; 8, 1.  
*Marsyas* Agrippæ M. libertus, *A. J.* XVIII, 6, 3.  
*Maruelus*, Jaredis f., *A. J.* I, 2, 2.  
*Marullus* Judææ procurator constituitur a Caio Caligula, *A. J.* XVIII, 6, 10.  
*Masada*, castellum Judææ; ejus situs et munimenta desribuntur, *B. J.* VII, 8, 3 sq. Cf. 13, 7; 12, 1. Castellum a Jonatba pontifice exstructum, ab Herode M. amplificatum et munitionis redditum est, *B. J.* VII, 8, 3. A siccaris occupatur, *B. J.* IV, 7, 2. Iis se adjungit Simon Gioræ f., *V*, 9, 3. Romani, reliqua Judæa jam subacta, Masadam obdident, *B. J.* VII, 8, 1; 8, 5 sqq. Sicarii ne in Romanorum manus incident, Eleazari bortatu primum uxores et liberos, deinde se invicem interficiunt, 9, 1.  
*Masmas*, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.  
*Masnaemphites*, tiara sacerdotum, *A. J.* III, 7, 3.  
*Maspha*, urbs Palæst., ab Asano condita, *A. J.* VIII, 12, 4.  
*Masphe* (Mashpe), urbe Palæst., *A. J.* V, 7, 9; VI, 2, 1; 4, 8; X, 9, 2 sqq.  
*Massabazanes*, vestimentum sacerdotum, *A. J.* III, 7, 1.  
*Massagetae*, pop. Asiæ, Cyri contra eos expeditio, *A. J.* XI, 2, 1.  
*Massamas*, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.  
*Masses*, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.  
*Mastheron* angustiæ, in Judæa, *A. J.* VI, 13, 4.  
*Matgenus*, Tyriorum rex, *C. A. I*, 18.  
*Mathusalas*, Marueili f., *A. J.* I, 2, 2.  
*Mathusalas*, Anochi f., *A. J.* I, 3, 4.  
*Mattathias*, Joannis f., Maccabœorum pater, *A. J.* XII, 7, 1. Antiochi Epiph. mandata contemnit; in desertum se confert magnamque ubi Judæorum manum circa se colligit, 7, 2. Ante mortem filios ad legem defendendam adhigitur, 7, 3. Cf. *B. J.* I, 1, 3.  
*Matta/hias*, Absalom f., *A. J.* XIII, 5, 7.  
*Matthias*, Theophili f., pontifex constituitur ab Herode, *A. J.* XVII, 4, 2. Mox pontificatum amittit, 6, 4.  
*Matthias*, Margalothi (Margali) fil., legum interpres præstantissimus, juventutem concitat in Herodem M., *A. J.* XVII, 6, 2. *B. J.* I, 83, 3. Vivus crematur, *A. J.* 6, 4. *B. J.* 33, 4.  
*Matthias*, Anani f., pontifex creatur ab Agrippa, *A. J.* XIX, 6, 4. Pontificatus ei abrogatur, 8, 2.  
*Matthias*, Theophilii fil., pontifex creatur ab Agrippa jun., *A. J.* XX, 9, 7.  
*Matthias*, pontifex ab Hierosolymis mittitur ad Simonem Gior. in urbem arcessendum, *B. J.* IV, 9, 11. A Simone postea necatur, V, 13, 1. Ejus elogium, *tibid.* Cf. VI, 2, 2.  
*Matthias*, Simonis Pselli f., fl. Josephi atavus, *V. J.* 1.  
*Matthias*, cognominatus Gibbosus, Matthiae f., fl. Josephi abavus, *V. J.* 1.  
*Matthias*, Josephi f., Flavii Josephi pater, *V. J.* 1; 40. Ejus elogium, 2. Hierosolymis a seditionis in custodia tenetur, *B. J.* V, 13, 1.  
*Mauri*, pop. Africæ, a Romanis subacti, *B. J.* II, 16, 4.  
*Maxilla*, locus Palæst., unde nomen habeat, *A. J.* V, 8, 9.  
*Mazaca*, urbs Cappadociæ, *A. J.* I, 6, 1.  
*Medaba*, urbs Palæst., olim in Moabitum ditione, *A. J.* XIII, 15, 4. Cf. XIII, 1, 2; 9, 1; XIV, 1, 4. *B. J.* I, 2, 6.  
*Medæ. V. Medi*.  
*Medi*, a Judæis Medæ vocati, uomen habent a Made, Japhethæ f., *A. J.* I, 6, 1. Cum Persis Babyloniorum imperium evertunt, X, 11, 4.  
*Media* vastatur ab Alanis, *B. J.* VII, 7, 4. In Medium superiore Damasceni a Thegiphalassare transferuntur, *A. J.* IX, 12, 13.  
*Mœir*, tunica falaris pontificis maximi, *A. J.* III, 7, 4.  
*Megassarus*, Judæus fortissimus, *B. J.* V, 11, 5.  
*Megasthenes*, rerum Indicarum scriptor de Nahuchodonosoro, *A. J.* X, 11, 1. *C. A. I*, 20.  
*Meirus*, Belga f., sacerdos, in flammas templi incensi se precipitat, *B. J.* VI, 5, 1.

- Melamboreas*, (Boreas niger) ventus vehementissimus, *B.* *J. III*, 9, 8.  
*Melas* ab Archelao, rege Cappadociae, legatus mittitur ad Herodem M., *A. J. XVI*, 10, 6.  
*Melcha*, Aranis filia, Nachorae uxor, *A. J. I*, 6, 5.  
*Melchisedeces*, Solymorum (Hierosolymorum) urbis rex, Abramum benigne excipit, *A. J. I*, 10, 2. Solyma condidit (?) ibique templum exstruxit, *B. J. VI*, 10.  
*Melchisius*, Sauli f., *A. J. VI*, 6, 6. In prælio cum Palæstinis commisso cadit, 14, 1.  
*Melitene*, regio in confinio Armenie et Cappadociae sita, *B. J. VII*, 1, 3.  
*Melus insula*; Judæi Melii a Pseudalexandro decipiuntur, *A. J. XVII*, 12. *B. J. II*, 7.  
*Memmius Regulus* a Caligula jubetur Jovem Olympium Romam transferre, *A. J. XIX*, 1, 1.  
*Memnon*, Orestidae f., sacerdos Halicarn., *A. J. XIV*, 10, 23.  
*Memnonis monumentum* in Phoenicia ad Belum fluv. situm, *B. J. II*, 10, 2.  
*Memphibostus*, Jopathæ f., magno in honore habetur apud Davidem, *A. J. VII*, 5, 5. Cf. 9, 3; 11, 3; 12, 1.  
*Memphis*, urbs Ægypti, *A. J. XII*, 4, 3; 5, 3. *B. J. IV*, 9, 7; *VII*, 10, 3. *C. A. I*, 14.  
*Menander* Ephesus Græcorum et barbarorum res gestas scripsit, *C. A. I*, 18. Quid tradat de Tyriorum regibus, *ibid.* Cf. *A. J. VIII*, 5, 3; 13, 2; *IX*, 14, 2.  
*Mende*, urbs Palæst., *X*, 5, 1.  
*Mendesius nomos*, in Ægypto, *B. J. IV*, 11, 5.  
*Menedemus*, philosophus, de Dei providentia, *A. J. XII*, 2, 12.  
*Menenia*, Romæ tribus, *A. J. XIV*, 10, 10.  
*Menelaus*. *V. Onias*.  
*Menophilus*, prytanis Ephesiorum, *A. J. XIV*, 10, 25.  
*Mensa sacra* tabernacula describitur, *A. J. III*, 6, 6.  
*Mephramuthus*, rex Ægypti, *C. A. I*, 15.  
*Mephres*, rex Ægypti, *C. A. I*, 15.  
*Merobas*, Tyriorum rex, *C. A. I*, 21.  
*Meroba*, Sauli filia, *A. J. VI*, 6, 6.  
*Meroe*, metropolis Æthiopie, ita denominata est a sorore Cambysis; prius Saba vocata erat, *A. J. II*, 10, 2.  
*Meroth*, vicus Galil., munitur, *B. J. II*, 20, 6; *III*, 3, 1. *V. J. 37*.  
*Mesanei* originem trahunt a Mesa, *A. J. I*, 6, 4.  
*Mesas*, Arami f., Mesanæorum princeps, *A. J. I*, 6, 4.  
*Mesopotamia*, regio Asiae, *A. J. I*, 7, 1. *VII*, 6, 1; *XIII*, 5, 10. Judæi Mesopotamii Nisibin potissimum urbem habitant; magna eorum editur cædes, *A. J. XVIII*, 9, 1 sqq.  
*Messala* Herodis causam defendit in senatu Romano, *A. J. XIV*, 4. *B. J. I*, 14, 4.  
*Messalina*, Claudi Cæsaris uxor, ab eo interficitur, *A. J. XX*, 8, 1.  
*Messenes*, Amenophis Ægypti regis f., *C. A. I*, 32.  
*Mestrai* (*Ægypti*) et *Mestre* (*Ægyptus*) nomen habent a Mestraimo, *A. J. I*, 6, 2.  
*Mestrainus*, Chamæ f., Mestraeorum (*Ægyptiorum*) princeps, *A. J. I*, 6, 2. Ejus octo filii quasnam terras occupaverint, *ibid.*  
*Q. Metellus Creticus*, consul, *A. J. XIV*, 1, 2. Cum Lollio Damascum capit, *A. J. XIV*, 2, 5. *B. J. I*, 6, 2.  
*Metilius*, præsidii Romani in urbe Hierosol. præfector seditionis se dedit, *B. J. II*, 17, 10.  
*Mia*, vicus Perææ, *A. J. XX*, 1, 1.  
*Micha*, Memphibosthi fil., *A. J. VII*, 5, 5.  
*Michæas*, vates, Achabo regi prædicti eum ab hoste interfectum iri, *A. J. VIII*, 14, 5. Ejus vaticinium eventu confirmatur, 15, 6.  
*Michala*, Sauli filia, Davidis amore capit, *A. J. VI*, 10, 2. Davidi nuptum datur, 10, 3. Mariti saluti consulit, 11, 4. Postea Phœtis a Saulo locatur, 13, 8. Abeneri opera Davidi restituitur, *VII*, 1, 4. Ejus liberi, 4, 3.  
*Milesii*; *P. Servilius* proconsulis ad eos rescriptum de Judeis, *A. J. XIV*, 10, 21.  
*Milesius*, ab Antiocho Dionysio Damasci præfector constituta urbem tradit Philippo, *A. J. XIII*, 15, 1.  
*Minæus*, rex Ægypti, *A. J. VIII*, 6, 2.  
*Minos* leges suas oraculo Delphico attribuit, *C. A. II*, 16.  
*Minucianus* (*Annius*), conspirationis in Caligulam socius, *A. J. XIX*, 1, 3 sqq.; 4, 3.  
*Minucianus* (*Marcus*), Caligulae sororis maritus, post Caligulas mortem rerum potiundi cupidus, *A. J. XIX*, 4, 3.  
*Minyas*, locus Armenie, *A. J. I*, 3, 6.  
*Misaches*. *V. Misactus*.  
*Misaelus* (a Babylonis Misaches appellatus), Judæus genere regio ortus, Babylonem abductus liberaliter a Nabuchodonosoro educatur, *A. J. X*, 10, 1. Cum duobus cognatis in flamas conjicitur quod Nabuchodonosori simulacrum adorare recusant: illæsi per flamas ambulant, 10, 5. *M. 16*.  
*Misan*, Moabitarum rex, Joram tributum pendere recusans, ab Israelitis et Judæis bello petitur et vincitur, *A. J. IX*, 3, 1.  
